
J. GOMEZ DE LA CORTINA ET AMICORUM
FALLITUR HORA LEGENDO

Drei Abhandlungen

über

reformationsgeschichtliche Schriften.

I. Orationes de decimis. 1518.

II. Oratio Christi pro Luthero. 1521.

III. Responsio ad apologiam Croti Rubeani. 1532.

Von

Eduard Böcking,

beider Rechte und der Philosophie Doctor, ordentlichem Professor der Rechte
an der Univers. zu Bonn, geheimem Justizrathe.

Leipzig,

Druck und Verlag von B. G. Teubner.

1858.

Die drei folgenden Abhandlungen, deren Reihenfolge hier die umgekehrte ihrer Entstehung ist, sind eigentlich nicht zum Zweck der Veröffentlichung niedergeschrieben, sie haben sich mir in meine Arbeiten an Huttens Werken eingedrängt: Sachkundige sehen leicht, daß ich sie nicht umgehen durfte, so wie auch, daß sie zusammengehören, obgleich sie von einander ganz unabhängige Schriften betreffen. Daß sie des Druckes werth sind, glaube auch ich mit einigen meiner Freunde, welche die Abhandlungen gelesen haben. Die beiden s. g. Reden über die Zehnten sind, obgleich oft gedruckt, in lesbarem Text bis jetzt nicht erschienen, und das berühmte Schreiben an Crotus gehört zu den litterarischen Seltenheiten; sonach wird der Druck der Documente selbst auch willkommen sein: ich konnte ihn, sollte der meiner Abhandlungen darüber statt haben, nicht vermeiden. Auf Zurechtweisungen kommt es hier an: ich werde dergleichen mit gebührlichem Dank aufnehmen.

Bonn, 20. October 1857.

Der Verfaßer.

I.

Die zwei s. g. Reden über die Zehnten,

Augsburg. 1518.

Die zwei s. g. Reden über die Zehnten,

Augsburg. 1518.

Die Zeit ist vorüber, in welcher man eine politisch antipapistische Streitschrift oder Satire des dritten Octenniums des sechszehnten Jahrhunderts, deren Verfaßer man nicht kannte, nur dem Ritter Ulrich von Hutten zuzuschreiben brauchte, um alsbald Anhänger seiner Meinung zu finden; und das um so sicherer, je derber und herber, um nicht zu sagen plumper und frecher, das anonyme oder pseudonyme Pamphlet ins Geschirr gieng. Und doch war es (sagt ganz richtig Mohnike[1]) „Huttens Weise nicht, seinen Namen zu „verhehlen oder ihn durch Pseudonymität zu verstecken." Aber auch jetzt noch steht die s. g. höhere Kritik in Betreff der huttenschen Schriften erstaunlich tief, und seit der zu jener am besten begabte Herder[2] die Dedication an Leo X. vom 1. Dec. 1517. „einen rechten Jugend-Helden- oder Eulenspiegelstreich in Huttens Leben" genannt hat, begnügt man sich gar gern wieder mit einem „Das konnte nur ein Hutten schreiben, Das ist ganz in Huttens Geist, So etwas konnte nur von einem Ulr. v. H. erwartet werden", statt schlichtverständig geschichtliche und sprachliche Erklärungen zu

1) Art. Angst, Wolfg., in Ersch u. Grubers Encycl.

2) Denkmal U. v. Hutten (zuerst in Goethens Schriften. Viert. Bd. Berlin 1779. 8°).

versuchen und Kritik zu üben. Meiners, dessen Arbeit über Hutten[3] wir übrigens nicht verachten dürfen, räsonnierte auch über die zweifelhafte Verfaßerschaft mancher Hutten zugeschriebenen Stücke meist so fraubasenhaft, daß es dem emsigen Panzer nicht zu verübeln ist, wenn er es nicht leicht über Vermutungen und Wünsche hinausgebracht hat: der Nürnberger Schaffner muste sich so viel mit den Anfängen und Enden der alten Drucke beschäftigen, daß ihm zum Studieren und Beurtheilen des in der Mitte stehenden Inhalts, hätte er auch die natürliche Anlage dazu gehabt, nicht Zeit blieb[4]. Und der marktschreierische Münch hat auch hier nur wieder alles verschmiert und verdorben: es war ihm nicht möglich eine Frage rein anzufaßen und zu behandeln; er giebt sich den Schein über den Sachen zu stehen, und hat sich nie vor dieselben gestellt; die Urtheile Anderer, über die er abzuurtheilen pflegt, kennt er aller Regel nach nur aus Panzer, besten Falles aus Burckhard: wer diesen Münch aus den fast zahllosen Büchern kennt[5], in denen er die Ergebnisse seines 'Forschens und Nachdenkens' niedergelegt hat, der wird an der Richtigkeit auch eines ganz unzweifelhaften Satzes irre, wenn er ihn bei Münch findet. Eine Biographie Huttens hatte vorläufig genug zu thun, wenn sie die unzweifelhaft huttenschen Schriften gehörig würdigte und benutzte; daher man es nur dankbar als Gewinn hinnehmen muß, wenn Strauß in der seinigen, die so eben die Presse

3) Lebensbeschr. berühmter Männer. Dritt. Bd. Zürich 1797. 8°.

4) So gering auch Panzer als Kritiker angeschlagen werden mag, seine Verdienste um die Bibliographie sind dankbarlichst anzuerkennen; namentlich ist sein kleines Buch „Ulr. v. Hutten in litt. Hinsicht. Nürnberg 1798. 8°.", obgleich ihm an Vollständigkeit sehr viel und auch manches an Genauigkeit fehlt, noch immer das beste gedruckte bibliographische Werk über Hutten.

5) Ueber Hutten und Sickingen allein mehr als ein Dutzend.

verläßt, einige der oben bezeichneten Zweifel hebt, und nicht fordern darf, daß er alle untersucht und hinweggeräumt habe, was ohnehin noch keinem gelingen wird. Auch die specielle Untersuchung einer einzelnen Schrift wird es sich noch vielfach an einem negativen Resultate genügen laßen oder damit zufrieden sein müßen, die eigentlichen Fragepuncte und Schwierigkeiten bestimmter als vorher geschehen war, hervorzuheben.

So wenden wir uns hier zu einer Untersuchung zweier Schriftstücke, angeblich auf dem Reichstag zu Augsburg 1518. gehaltener Reden, welche, an sich interessant und lehrreich, ohne genügende Gründe mitunter Hutten zugeschrieben worden sind. Diese Reden sind oft gedruckt, zuerst 1519. auf 2 Bogen 4°.[6] unter diesem Titel: ✠ ORATIONES | duæ, Altera habita a Legatis fummi Pontifi-|cis coram Imperatore Maximiliano, | pro colligendis Decimis, | in expeditionē in | Turcas. | ALTERA VIRI CVIVSDAM DO|ctiffimi adhortantis, ne Principes in Deci|mæ præftationem con-|fentiant. | Am Schluß (vorl. Seite) steht: Emprime en che paijs neuu trouue nome Vtopya| lan mille. ccccc. &. XIX. le quinzome | Iour Mars.

2) in dem Fasciculus rerum expetendarum ac fugiendarum &c. (Ortvini Gratii. Coloniæ) Anno MDXXXV. fol. Bll. XXXVI[b] ... XXXIX[a]. Die Londoner Ausgabe des Fasciculus, von Brown 1690. fol. wiederholt Bll. 72 . . . 77. den Kölner Druck mit Correcturen einiger Druckfehler und Abweichungen in Orthographie und Interpunction, die wir hier unberücksichtigt laßen durften.

3) in Politica imperialia &c. Ex bibl. D. Melchioris Goldafti Haiminsfeldii. Ff. 1614. fol. p. 1052 . . . 54[7].

6) Auch Panzer l. c. S. 74. f. beschreibt diesen Druck.

7) Ich muß hier die goldastische vor die freherſche Sammlung setzen, weil mir die zwei letzten Bände der letztren in der ersten Ausg. Ff. 1600.

4) Germanicar. rer. Scrr. ex bibl. Marq. Freheri. tom. II. Ff. 1637. fol. p. 391 ... 396. und ed. B. G. Struvio. tom. II. Argentor. 1717. fol. p. 698 ... 704.

5) in Münchs Ausg. von Hutteni Opp. tom. II. Berol. 1822. 8°. p. 541 ... 554. (Uebersetzung der zweiten in dessen: Huttens auserles. Werke III. S. 303 ... 14.)

Von diesen Drucken kommen für die Kritik nur die beiden ersten in Betracht, denn 3 und 4 sind Abdrücke von n°. 2., und Münch hat in seiner Weise, d. h. unzuverläßig, den Quartdruck wiederholt, obgleich der von ihm außerdem allein genannte Druck bei Freher (auch Panzer nennt außer dem 4°. nur diesen freherschen) ihm dazu hätte helfen können einige sinnverderbende Siglenauflösungen und Interpunctionen zu vermeiden. In allen diesen Drucken ist der Text zumal der zweiten s. g. Oratio sehr verderbt: es fehlt nicht an sinnwidrigen und ganz sinnlosen Stellen, nicht bloß zufolge schlechter Interpunction, sondern auch zufolge abscheulicher Wortverderbungen, und daß der Text auch an Lücken laboriere[8], sowie daß diese s. g. oratio keine eigentliche Rede sei, konnte ein nicht ganz unaufmerksamer Leser auch ohne andere Hilfsmittel wahrnehmen. Daß ein solches, und zwar vortreffliches, existiere, hätte sicherlich schon Kapp, der in seiner 'Kleinen Nachlese' so manches aus den jetzt in der großherzoglichen Bibliothek zu Weimar befindlichen spalatinschen Papieren herausgegeben hat, bemerkt, wenn daselbst nicht die Bll. 913 ... 923 sich findende s. g. Dissuasoria die Ueberschrift führte „Epistola de moribus Romanæ Curiæ ex Italia scripta Anno M. D. XVIII.“

Fol. nicht zur Hand sind, und bemerke dieses ausdrücklich wegen der von mir zu den Variantenangaben gebrauchten Zahlen.

8) Die Lücken sind, ähnlich wie die beiden großen der ersten Ausg. von Huttens Türkenrede, gerade die Stellen, in denen der Papst und namentlich Leo X. am wenigsten als Heiligkeit erscheint.

Bevor wir von der Bedeutung und Verfaßerschaft dieser beiden Schriftstücke reden, geben wir nun zuerst deren Text, und zwar den der Suasoria (I.) nach den oben bezeichneten uns sämmtlich vorliegenden Drucken, und den der s. g. Dissuasoria (n°. II.) nach ebendenselben und der in sorgfältigem Facsimile uns vorliegenden Handschrift Spalatins gesichtet. Alle Abweichungen von letztrer sind in den Noten angegeben, außer wo sie, was durchgängig der Fall ist, statt æ oder œ setzt e, oder, was selten der Fall ist, c statt t u. dgl. Die nicht unhäufigen Siglen der sehr leserlichen Handschrift sind die zu jener Zeit gewöhnlichen und sämtlich unbedenklich und richtig. Die Interpunction und die damit zusammenhängende Degradation vieler großen Buchstaben zu kleineren in meinem Texte kommt ganz auf meine Rechnung: die Handschrift ist zwar bei weitem weniger schlecht interpungiert als die Drucke; aber doch auch so mangel- und fehlerhaft, daß ein Herausgeber, dem es um Verständlichkeit des Herausgegebenen zu thun ist, mit den Scheidezeichen nicht so wie mit den Worten und Buchstaben seiner kritischen Grundlagen verfahren darf. Die den Noten beigesetzten Zahlen erklären sich aus dem obigen Verzeichnisse der Drucke von selbst, und es ist in Betreff derselben nur zu bemerken, daß n°. 4 durchaus mit n°. 3 übereinstimmt, wo nicht das Gegentheil besonders angemerkt ist.

ORATIONES[1] DVÆ

ALTERA HABITA A LEGATIS SVMMI PONTIFICIS[2] CORAM[3] IMPERATORE MAXIMILIANO PRO COLLIGENDIS DECIMIS IN EXPEDITIONEM[4] IN TVRCAS, ALTERA VIRI CVIVSDAM[5] DOCTISSIMI ADHORTANTIS NE PRINCIPES IN DECIMÆ PRÆSTATIONEM CONSENTIANT[6].

---

1) Noluimus h. l. mutare per sæcula traditum nomen orationum, quamvis altera proprie oratio non esset.

2) Leonis. X. *add.* 2. 3. contra (*pro* in) 3. 4.

3) inuictiſſimo *add.* 2. 3.

4) (ſi creditum fuiſſet) *add.* 2.

5) ANNO M. D. XIX. | *CVM MARGINALIBVS ORTVVINI GRATII PROFES-|ſoris Colonienſis, anno 1535. Coloniæ impreſsis. add. 3.* [quæ marginalia, nec a Struvio repetita, repetere operæ pretium non esse visum est]. ANNO M. D. XIIX. *correxit* 4.

6) Anno M. D. XIX. *add. 2. et hunc prologum subiungit*

„AD LECTOREM.

Iterum aliquis quæsierit, quare duas hasce orationes subsequentes, præcedenti Parrhisiensium doctorum appellationi adiecerimus. Respondeo, quoniam tam harum altera, pro communi Germanorum bono, quam illa, pro communi omnium salute, ac totius ecclesiæ tuitione contra Leonem Decimum, militare videntur. Si enim ausus fuit sacratissimum Basiliense Concilium (in quo determinatum est, vt doctores referunt Parrhisienses, beatissimam virginem Mariam, sine peccato originali conceptam) aliquoties reuocare, non dubium, quin & graues etiam à nobis decimas (nescio quo religionis prætextu) per suos Aurisugas, & id quidem post amplissimam ac vastam Indulgentiarum promulgationem, extorquere sit ausus. Vides igitur lector candidissime, quomodo alia ex aliis fluant. Illic ecclesiæ doctores lamentantur, hic per suum Oratorem proclamant Alemani. Illic de abusuum & grauaminum abiectione, hic de bonorum Reipublicæ apud nos conseruatione certatur. Haud igitur semper est temporum inquirenda series, quum satis sit hoc loco, alterum quadrare cum altero. Vale Lector, & hæc boni consule, teque penes tuum esto iudicium. Iterum vale.“

I.

ORATIO DECIMARVM

PROPOSITA PER REVERENDISSIMOS DOMINOS LEGATOS SANCTÆ SEDIS APOSTOLICÆ CORAM CONVENTV MAIESTATIS IMPERIALIS.

Boni adsumus nuntii, illustrissimi principes, Leo pontifex Max. post apostolicam benedictionem Romanum Christianum idemque vestrum imperium occupatum a Turcis, restitutum vobis in vestra ac Christianæ reipublicæ virtute et opera cupit, disponit, primum a vobis petit: memoria siquidem cum repetimus maiorum vestrorum gloriam, animi magnitudinem et ea quæ fortiter ac strenue gesserunt pro republica, si ecclesiæ præsertim religionisve causa ageretur, non possumus læti atque hilares nos ipsos continere, cum non intra nos dicamus, non admiremur, non coniiciamus, non extimemus, sed ipsis, ut aiunt, oculis conspiciamus quanto sitis animo, quantis viribus ad Christi rempublicam atque religionem capessendam priscorum vestigiis insistentes accursuri, ita ut qui annis prope septingentis Romanum imperium ereptum a Græcis, receptum a Gallis, summa fide apostolicæ ecclesiæ servastis, idem quoque nunc sit non modo non diffidendum, sed quacunque orbis patet vestra quoque virtute ac fide propagandum. Italia omnis si quam spem reliquam habet, si quam victoriae lucem videt, in Germanis videt; Germanos Christiani huius belli auctores ac duces eosdemque confectores sibi pollicetur: nullibi enim tantum Christiani

---

1) Oratio Legatorum. 2 . . . 4. 2) Legati pontificis fuerunt Matth. Langius Gurcensis et Thomas de Vio Caietanus, qui hanc orationem ineunte mense Aug. a. 1518. habuit. 12) strennue 2. 18) accursuti 2. accersiti 3. accusuri 5. 20) fit 2. 24) authores 2. *et sic infra.*

nominis ac fidei patrocinium quantum in Cæsare et Germanis principibus esse et residere arbitratur; nec vos degeneres futuros ab Ottonibus, Henricis et id genus aliis (in periculo præsertim religionis et imperii) sibi persuadet. Nolite itaque pati, ut quam tantam de vobis opinionem conceperunt, irritam ac inanem fuisse postea fateantur, præsertim cum præsidere deum optimum maximum vestris ductibus sciamus: cum enim causa hæc agitur, dei causa agitur; cum in nefarium impurumque Turcam acies instruitur, pro deo pugnatur; cum in hoc genus mortis itur, pro deo cadimus; fœlicissimæ profecto mortis genus, quo vita comparatur, et ea æterna. An forte timendum vobis est, Germani, ut hostibus cedatis qui ipsas quoque Romanas legiones, alias invictas, profligastis? Etsi enim qui imminet hostis late dominetur, ne dicam regnet, licet Syriam et Aegyptum nuper subegerit, si tamen ad mentem revocemus cum quis pugnam manusque conseruerit, nihil est quod ultra admiremur quam si imbellis quisque devicisset. Cum orientalibus quippe pugnatum est: sinite, sinite cum Germanis congrediatur, inveniet legitimos milites, experietur invicti roboris viros, sentiet omnipotentis dei in vobis manum. Prosequimini enim (ut divinum usurpem oraculum) inimicos vestros, et corruent coram vobis: prosequentur quinque de vestris centum alienos, et centum ex vobis decem milia. An forte abbreviata est manus domini, ut salvare nequeat? In promptu est unde convertatur deus et ignoscat: dabunt siquidem tot milia hominum nomen in Christi militiam; signum crucis, culparum omnium expiativum, tanta multitudo suscipiet, criminaque nostra passim piis in sanctum hoc opus largitionibus redimemus, ut proculdubio factus caro et frater noster deus non sæviat in suos qui cum non nisi dominus humani generis esset, pugnavit pro externis. Agite quod vestra interest

2) nos 1. 5. 10) Felic. 2...5. *et sic in sqq.* 14) subeg.] Selim I. 15) quibus 3. 20) Proseq.] Levit. XXVI. 6. „Persequemini *etc.* 23) millia 3...5. *et sic in sq.* An] Isai. L. 2.

et venite et arguite me, si deero vobis, dicit deus optimus maximus. Bella non usquequaque extincta, ne tam necessario divoque operi impedimento sint, somnum interdiu capere, et apostolicis, ut par est, mandatis obtemperando quinquennalibus induтiis tolli rogamus. Iesu Christi proprium admiramur veneramurque opus, efficere in terra pacem bonæ voluntatis; nobiscum bene agitur, si aliquantula fiat quies iniquo animo retento. Bello autem suscipiendo quæ via quisve modus habendus sit, (licet quot capita, tot sensus) probata cum plurimorum sapientum ac principum consilio sententia fuit oportere imponere sacris initiatis Decimas, plebeis Quinquagesimas, cuique domui stipendium unius militis, divitibus annui census ac lucri Vicesimam. Nec vos terreat Decimæ, Vicesimæ aut Quinquagesimae insuetum novumque nomen, horrenda quoque nobiscum, hæc affirmaverimus, si nuda occurrerent: verum cum Quinquagesimas, Vicesimas Decimasque non solvere, sed deponere, idque tutissime et ea lege debeant, ut nisi definito tempore in expeditionis istius opus conferantur, illis qui deposuerint restituantur, pium, sanctum optabileque cuilibet fore Christiano censebitis. Quocirca trepidare timore, ubi non est timor, desinant, verentes expeditionem hanc fucatam esse, auri sacram subtegere famem. Nos, inquiunt, Turcæ sumus quibus expellendis incumbitur, in nos expeditio tota sæviet. Vacate et videte quæso quam supervacaneus est metus ac timor iste, percipite quam pie, quam sancte et cum sacris initiatis et populis universis agatur: nolumus nos thesaurarii aut exactoris officio fungi: non eo tendimus, ut in nostram potestatem æra redigantur. Veteres revolvite historias, inquirite si ullo unquam tempore sanctæ Romanæ ecclesiæ Cardinales de latere legati, interdictis etiam a iure facultatibus ad pontifices eorumque rem pertinentibus, ut in præsentia cernitis, prodierunt,

1) et ven.] Isai. I. 18. 2) Bulla 2. 4) induciis 3...5. 6) Luc. II. 14. 9) probata] *Cf. infra Stabii epistolam.* 20) verentes] dicentes *Raynald.* 21) facatam 2. 29) a] de 5.

et animadvertite omni exceptione laudeque dignam maiorem Leonis pontificis maximi pietatem atque liberalitatem, ex propriis tot per regna legatis opportuna conferentem. Non quærit profecto vestra qui sua pro vobis sponte magnificeque largitur. Sed quid pontificii animi argumentis immoramur? re ipsa potius comprobare operæ pretium est: invenite vosipsi, inveniant metuentes ipsi modum quempiam quo quicquid auri argentive collatum fuerit, tutum adeo sit, ut nec in exactorum custodumve stipendia aliquid cedat, sed integra universa aut ad expeditionis huius usum cedant, aut ad eos qui dederint redeant. Non quærimus Germanum ærarium in Italiam transferre, at in Germanorum militum stipendia erogare cuncta summus pontifex vult, atque præcipit nullum dolo fraudive locum relinqui, quia, ut vos clara luce videtis, quod Christiana se respublica, religio, regnum, templa, urbes, oppida in vestra se propugnacula contulerunt, vestram opem implorant, vestris genibus advolvuntur. Si illos destituitis, vosipsos, Germani, destituitis, quando omnes in Maximiliani aquilas respiciamus nec aliunde quam a Romano imperio auxilium expetamus, quando res vestra non minus quam aliarum regionum agatur. Contermina siquidem Turcis Germania præ aliis est. Italia enim, quamvis Turcarum classi magis sit pervia, prius tamen quam in Italiam Turcarum copiæ terrestri invadant exercitu, in quo constat vim omnem belli victoriæque sitam esse, Germaniam oppetere oportet, nisi Carinthiam, Styriam, Croatiam et Ungariam Germaniæ mœnia esse inficiati fuerimus. Clementissimus Leo Pontifex dici non potest quantis vigiliis in rem hanc incumbat: non dies neque noctes ab hac cogitatione avelli potest, non si comedat aut bibat, aliud pectore agitat; non sua iam sed seipsum, sanguinem et vitam pro Christiana religione et imperio gestit exponere.

5) potius *omis. Rayn.* 8) fit 1. 5. 12) cuncta. Summus *edd. præter Rayn.* 14) Christiana se *omis.* 3. 17) destitutis 2. 19) uefta 1. 25) Hungariam *Rayn.* 26) nos 1 et 5!

Superest ut Cæsarius hic senatus expeditionem in Turcas indicat efficiendamque suscipiat: expectat Romana ecclesia, universæ Christianæ reipublicæ capita et membra in serenissimum hunc conventum suspiciunt. Si definitur nunc nihil, si in alium conventum differtur, confundemur omnes in expectatione nostra. Cavete ne dilatio hostibus componendi cum Persis finitimisque aliis tempus præbeat, Germanos principes linguarum morsibus exponat Christianisque populis desperationem inducat. Animadvertite, gravissimi, istum conventum fundamen esse, super quo tanta moles expeditionis erigenda est. Contantibus quippe vobis Christiani principes reliqui retrahent proculdubio animum et manum ab hac expeditione. si Germania, aiunt, cuius primum interest, quia Romani imperii dignitate gloriaque illustratur, cui ecclesiæ defensio est tradita, verba dat deque conventu in conventum definitionem transfert, quid nobis agendum sit discimus facile ab exemplo. sicque vestra Christianæ reipublicæ mora, quod absit, ruinam pariet. Causabuntur multi absentum libertatem: iureiurando, aiunt, nostris tenemur ecclesiis nil contra earum commoda illis inconsultis agere; non est nobis delegata potestas absentes colligendi; ibimus illos consultum atque hortatum, referemus deinde altero in conventu verba. Cum bona istorum venia dixerim, sunt hæc non multum dissidentia ab inficiis: impossibilia a nobis petit nemo; fidem violari horremus, quam et hosti servandam esse didicimus. quod vestra interest et quod in vestra situm est potestate poscimus decerni, scilicet nunc expeditionem in Turcas, definire modum comparandi nummos nullius cum iniuria, iureiurando demum spontaneo præsentes astringi daturos se bona fide operam ut huic definitæ execu-

1) Cæsareus 2. 3. Cesareus *Rayn.* 4) Si defin.] Hoc ipsum quod legatus pontificis noluit, rem protelari, tamen factum est. 10) Cont.] *sic Itali pro usitatiore* cunct. *quod Rayn. habet.* 17) Causabunt 5 (*scilicet* t̃ *esse* tur *ignoravit*). 23) a nobis *omnes. nec muto.* 24) „Utinam semper omnibus seruata fuisset fides“. *Gratius.*

tioni demum dentur. Non sunt hæc contra iurisiurandi cultum, non excedunt hæc vestræ limites potestatis, non obsunt hæc absentum libertati. Tollite itaque moras: semper nocuit differre paratis: an non parata sunt omnia ad expeditionem indicendam, quando universa ablata sunt? quid amplius enim a Romana ecclesia exigitur? quid ultra ab externis petitur, quando se et sua omnia dedunt? Fœlix initium serenissimi Caroli, catholici regis, fœliciore nos auspicio trahat: Turcarum imperium ille adhuc adolescentulus nuperrime in Africa extinxit, pellite vos Europa. Nec longe absunt maxima quæque præmia: etenim cupidine gloriæ ardet animus nunquam honestior, nunquam facilior ad summam gloriam via vobis patuit: capessentibus quippe Germanis expeditionem in Turcas, si quæ a nobis dicta sunt fient, suprema nos belli autores et duces gloria manet; sin vero, quod deus nolit, irrita esse contingat, parta iam vobis indicta expeditione gloria integro apud eos splendore fulgebit nullo accepto incommodo. Si regnum appetitur, de propagando vestro imperio agitur; si terrarum orbis non sufficit, paratum vobis a constitutione mundi cœleste regnum adest; si in ius causa deducitur, astricti estis pro Christi nomine ac fide bellum inire, quandoquidem prior ipse rex regum æreas proprio sanguine ac cruce potestates debellavit, ut nos de perenni captivitate in libertatem filiorum dei referret. In manu igitur vestra populorum libertas atque salus cum posita sit, exaudite, benignissimi principes, nos apostolico nomine pro universa ecclesia supplicantes. miseremini simul iam vastæ multitudinis absque baptismi gratia in æternæ mortis interitum præcipitis: si quod uni ex minimis sit factum, sibi factum censet Christus dominus, quanti facturum putatis illum quod innumeris suis ecclesiis tam ingens beneficium

---

1) iufiurādi 1. 3) absentium 5. „Tolle moras: s. n. d. paratis". Lucan. Phars. 1, 281. 5) quum 5. (*ignoravit quid esset* qū) 6) qū 1. quum 5. 7) dederunt 5. 9) Aphrica 2. 20) adstricti 5. 22) phenni 1. 25) . Applico 5. (*scil.* ,Apl'ico 1.)! 27) Siquid 5. 28) Matth. XXV. 40.

collatum fuerit. Vobiscum igitur quia partiri curas et rerum molem summus Christi ovium pastor desyderat, ab utrisque par est ut oves protegantur et lupi arceantur, ab illo cruce, a vobis gladio, quo sub utraque protectione quietam et tranquillam vitam transigamus.

DIXI. *

2) desid. 2. 5. par est] præest 1. 5. 3) cruce] „Germanis conferentibus decimas, vicesimas, quinquagesimas, Pontifex crucis benedictionem papalem conferet, salvis sibi annatis, palliis aliisque immensis exactionibus, pensionibus et innumeris præstationibus nihilominus interim Romam deferendis: de quibus in fine catalogi Annatarum 1523. in Conventu Norimberg. propositi". *Goldast.*

*) Sequitur responsio. *add.* 2.

II.

Spalatin. fol. 914 a.

EXHORTATIO VIRI CVIVSDAM DOCTISSIMI

AD PRINCIPES

NE IN DECIMÆ PRÆSTATIONEM CONSENTIANT. *

§ 1. Si unquam Germaniæ principibus prudentia, consilio concordiaque pro defendendo honore et communi utilitate opus fuit, Alemani proceres inprimis indigere mihi videntur hoc tempore, quo in prædam Romanæ avaritiæ deputantur ac dedecorosam servitutem ita blande propositam, ut illa homines prius quam intra viscera penetraverit, sese captos non sen-

*) Epistola de moribus Romanæ Curiæ ex Italia scripta Anno Dñi M. D. XVIII. *inscripsit Spal.* Dissuasoria. *inscripserunt* 3. 4. 5) S P. D. *præmisit Spal.* 6) communi] omnium 2. 7) proceres electissimi, *add.* 1. 5. excellentissimi, 2 . . . 4. viderentur 2. 3. 8) deputat̃ *Sp.* 10) priusq̃ʒ homines *Sp.*

sentiant: est enim modus fallendi adeo vafer et his cœptus ver-
sutiis, (quid enim non excogitat avaritia?) ut existiment acuti
homines fraudem a nemine posse deprehendi, præsertim a Ger-
maniæ ducibus, quos cibo semper refertos et vino madidos
arbitrantur et publice declamant, et ob id ad decipiendum
liberius aggrediuntur. Præbuerunt præterita tempora fallacibus § 2.
fol. 914 b. hominibus constantiam in spe præsenti: | quando enim non est
assensum illorum malis artibus, cum saltem affuerit qui vel
mediocriter didicerit fraudi fucum appingere? Constat pro-
fecto nullam partem Christiani orbis ab huiusmodi genere prodi-
giorum non esse callide tentatam, multos reges et principes
fraudulenter deceptos; sed singula mecum reputanti occur-
rit nullam gentem saepius illusam habitamque ludibrio ac no-
stram. Non te ad libros relego, N. inclite, ut gesta hominum
legendo cognoscas: satis ampla sunt quæ memoria huius æta-
tis adhuc tenet. Quo magis vereor ne inscitia temporis præteriti
successum præbeat malo incumbenti. De quo brevem tibi ser- § 3.
monem subiciam, quamquam nihil novi a me audies quod per
te non melius noris. Quadrienne habitum est Romæ concilium
fol. 915 a. patrum de republica Christiana | (quam legitime, iurisperiti et

---

1) vafer vt hijs *Sp.* 3) a nomine non 2. præs. a vobis, G. d. *edd.* Germanis 2. 4) quo *Sp.* 8) adfuerit *ed.* 1. 5. 9) didicit *edd.* adpingere 1. 5. 10) prodigiorum genere *edd.* 12) secum 2. 3. occurret 2. 3. 14) te (o 2. 3) inclyta Germania ad *edd.* *omisso sq.* N. inclite. 15) cognoscas legendo. *edd.* sunt *omis.* 2. 3. 16) adhuc *omis.* *edd.* 17) tibi Germania serm. *edd.* 18) subiiciam *edd.* quanquam 2. 3. quod] *malim* quodve nil 1...4. 18. 19) per inclytos tuos principes non *edd.* 19) Quadrienne] Quodue *Sp.* Quadriennio *1. 5.* Quadriennium 2. 3. est *omiser.* *edd.* Concilium Lateranense V. sub Iulio II. Leoneque X. celebratum est inde a 10. Maio a. 1512. usque ad 17. Mart. a. 1517., quo die prælecta est Leonis X. schedula impositionis decimarum et absolutionis concilii, quam exhibet Harduin. Act. Concilior. tom. IX. (Paris. 1714. fol.) p. 1847...1852. 20) legittime *Sp.* Posui incisionem post hoc adverbium.

theologi disputent): nondum erat finis; tamen cum de colligen-
dis Decimis omnium assensu decretum est, volutus erat lapis
ad locum suum. Placuit ergo pontifici, reiecto reliquo nego-
tio tanquam parum utili, invocato spiritu sancto concilium
§ 4. dimittere: gratiæ agendæ deo, per quem operationes nostrae
incipiuntur et cœptæ recte finiuntur; porro impium est, quod
pontifici placuit, id putare displicere deo quem secum vehit in
asello et habet præ oculis quocunque abierit, oculus ne erret in-
terius, nam exterius nisi prætenso vitro nihil valet. Interim dum
hæc geruntur, deo auctore de pace agitur inter reges, qua firmata
visum est omnibus suffragiis Asiatico hosti coniunctis viribus bel-
§ 5. lum inferre. Denominantur e vestigio quattuor legati | (nisi ob fol. 915 b.
quintum collegam in computo erraverim) ad nationes Christianas,
ut reges et principes ad expeditionem instigent, ipsi vero pecu-
niam emulgeant; quibus forte dicebatur „Ite in orbem universum
et prædicate dicentes 'Qui crediderit et Decimas solverit, salvus
erit'“. Quorum nuper, cum Bononiæ essemus, tres vidimus in-
gredi tanta pompa et apparatu, ut sapientes etiam ad errorem ne-
§ 6. dum rude vulgus illicerent. Dilatare imperium Christianum, fran-

---

1) disputāt *ed.* 1. finis cū de (*omisso* tamen) *Sp.* cum *omis.* 2. 3. 2) omn. assensu] Cave credas, sed cf. Raynald. ad ann. 1517. no. 16. est. Volutus 2. 3. 3) pontifici *omis. edd.* Cf. Raynald. l. c. n°. 17. 4) sancto spiritu *edd.* 5) Gratias agendo 1. 5. 6) coepta 2. 3. Porro *habent omnes.* 7) pontifici] concilio *edd.* 8) abiit *Sp.* 10) displicere deo, quo hæc aguntur autore. De pace *edd. omissis reliquis.* 11) visum omnium *edd.* 12) Evomuntur *edd.* Euominū-tur *Sp.* quatuor *Sp.* 13) collegam (collegium 2. 3) et ob computum err. *edd.* 15) emulgēt *Sp.* mulgeant *edd.* 16) et *om. edd.* 17) cum Bon. essemus *non habet sed* nuper tr. vid. hic ingr. *Sp.* 17. 18) ingr. vid. 3. 18) Sapientes ad eorum errorem allicerent. *edd.* 19) Dilatate inclyti Germani imperium christianum. Frangite vires hostis impurissimi, In hoc omnibus nervis incumbite, quo nomen Christi extendatur. Res pia et sancta est et (vt 2.) a nomine (vt a nemine 3.) potest *edd.*

gere vires hostis impurissimi, in hoc omnibus nervis incumbentis, quo nomen Christi extinguatur, res pia et sancta est et a nemine potest reprehendi nisi qui malit Thurco quam Christo inservire; verum sub hoc prætextu, per hanc fictam pietatem, sub fol. 916 a. hoc adumbrato nomine expoliare imperitum populum, sugere | lac gentium, inebriari mamilla regum, duco scelus esse non multo probabilius, quam quæ a Thurco inferuntur: non quod tanti § 7. faciam pecunia privari, quam sceleratus citius quam probus habere potest, sed quod nullo pacto ferre debemus, quantum in nobis est, ut angelus Sathanæ transfiguret se in angelum lucis et poculo pietatis propinet impietatis venenum; ut populus cum se rem deo sacram facere existimet, avaritiae sacrificet, quæ mater est falsæ religionis. Falli, errare, labi, decipi ubique turpe est, per religionem vero turpissimum, quam unam nobis contra noxios mores contulit divina bonitas. Porro hæc absolutiorem § 8. fol. 916 b. artem pietatis nobis proponit primum deum amare omnibus | viribus, deinde proximum ut nos ipsos. At quomodo illum amabimus, cum videmus eius sacrosancta præcepta manifeste pollui, nec tamen resistimus, sed potius connivendo opem ferimus impietati? An ille proximum syncere amat qui in incommodo illius removendo nihil est occupatus? nolo amicum nihil solicitum de salute mea, inimicus mihi habeatur qui a me non propulset iniu-

---

1) hosti i. i. h. omnibus incumbentis quo neruis nomen *Sp.* 3) quis malit 2. 3. Turcæ *edd.* inserv.] seruire *edd.* 5) umbrato *edd.* imperitiorem *edd.* 6) mammona 2. 3. mammilla 5. cf. Isai. LX. 16. dico *1. 2. 3.* non *omis. edd.* multo esse 3. 7) quam quæ] quæque *1. 5.* Turca *edd.* 9) pacto] mō̃ (*modo*) *Sp.* 10) quod Ang. 2. 3. Satanæ *edd.* 11) cum *omis.* 2. 3. 12) rem sacr. fac. deo exist. *edd.* 14) turpissimum. Porro quam *Sp.* 15) Porro *omis. edd. quod ante* quam *est in Sp.* absolutionē *Sp.* absolutam 2. 3. 16) artem] partem *Sp.* 1. 5. proponit. Prius *Sp.* proponit. Primum *edd.* 17) proximum deinde *edd.* quomodo] quando *2. 3.* 19) resistimus] occurrendo, *edd.* conuiuendo *ed. 1.* convivendo *5.* 20) proximus *Sp.* sincere 5. amatur *Sp.* in *omis. Sp.* 21) sollicitum *1. 5.*

§ 9. riam si potest. Et tamen illa non legimus, non audivimus, sed cottidie fieri videmus: in nullo reluctantes homines sunt sed patientes ad omnem ignominiam, quasi non potius contumelia sit deo quam obsequium stulta patientia. Utinam tam facile possint ista emendari quam reprehendi, et principes nostri nollent perpetuo connivere, sed tandem | aliquando partem saltem, si non to- fol. 917 a. tum perversæ consuetudinis præscindere: quanto æquabilius
§ 10. res tum prophanae tum sacræ sese haberent? Ego enim sic existimo, imperia his artibus melius retineri quibus acquiruntur: at imperium Christianum non armis, non gladio comparatum est, sed pietate et optimis exemplis vivendi; quæ postquam pessum abierunt, omnia bona retro lapsa sunt; multa regna et imperia perdidimus, quoniam artes, per quas parta erant, non retinuimus; amissa est pietas, retinuimus nomen; salutamur in vita sanctissimi, et post mortem nemo nos dignatur nomine sanctitatis.
§ 11. Ab hac parte cœpit paulatim proserpere virus exitiale, deinde ceteri proceres secuti sunt non segniter: ergo | mirum non est quod fol. 917 b. a nobis alienatur cœlestis favor et nos non cognoscit amplius atque prædæ relinquit improbo hosti, impuro, inbelli. Pontifices Romani postquam cœperunt prophana cum sacris coniungere, immo relictis sacris solum prophana admirari, quam bene consultum fuerit reipublicæ Christianæ, quam bene placuerit superis ipsorum institutum,

---

1) nec (non 2. 3.) audimus *edd.* 2) quotidie *edd.* videmus, nullo hominum reluctante, sed p. *edd.* præluctante 2. 3. sed *omis. Sp.* sed vel p. 2. 3. 5) ista em.] illa mutari *Sp.* ista euitari 2. 3. reprehendi. Et *edd.* 6) aliquam *edd.* saltem *omis. edd.* 7) præcidere *edd.* 8) res tam pr. quam *edd.* sese] se *edd.* 8. 9) Sic existimo *etc.*] Ex Iuliano apostata hoc desumptum esse delectationi fuit Raynaldo. 11) pessum] passim 2. 3. 12) regna et *omis. edd.* 13) quoniam] qm̃ *ed. 1. unde per ignorantiam* quum 5. parte 5. 16) paulatim cœpit *edd.* 19) impuro, inbelli. *omis. edd.* Pontifices enim 1. 2. 5. vero *3.* 20) cum sacris . . .. cœperunt prophana *omis. Sp.* imo 2. 3. 22) placuit *Sp.*

eventus comprobavit: amissis externis interna seditionibus infinitis conturbantur; divina conspuuntur, venditur Christus, lana ovium tondetur, de custodia studium nullum. Omitto hic § 12.
Hispaniam, Gallias, Orientem cum Occidente, quantum pro palliis similibusque nugis ætate duorum principum Friderici et Maximiliani una effudit Germania. si Roma, ut institutum est, in fiscum
fol. 918 a. collegisset | vel Germania, veluti par erat, in unum contulisset, haberemus iam nervos reipublicæ abunde sufficientes bello Asiatico, nec opus foret iam orbem fatigare Christianum et novis onerare (ne dicam exenterare) quotidie tributis, et excoriare pauperes. Provenit Pontifici ex sua terra vectigal quantum nulli § 13.
regum Christianorum, et tamen pallia emimus, et tamen asinos auro onustos Romam mittimus, patibula Christi erigimus, munera promittimus, aurum pro plumbo mutamus, negligentias passim (hem, lapsus sum calamo) indulgentias undique admittimus. O avaritiam immensam carentem fundo, canum impurissimorum nescientium saturitatem, ut est apud prophetam. Dandum certe § 14.
puto, emere pallia sanctum duco, modo id prosit aut pietati aut valeat ad conservandam communem utilitatem; sed cum utrunque
fol. 918 b. horum | tot sæculorum experientia refutet, et pallia tantum extiterint simulata instrumenta perditissimæ avaritiæ, surgat iam aliquis, iustam causam dandi proferat in medium. Vel timeat Pontificis fulmen probus episcopus aliquis, concordia fratrum puraque conscientia electus, sed respuens multis modiis aureorum

---

1. 2) infin. sedit. *edd.* 2) cōturbāt *Sp.* consp.] despiciuntur *edd.* 5) nugis] figmentis *edd.* 7) vel G.... contulisset *omis. Sp.* 9) orbem iam *edd.* Christianum....tributis *omis. Sp.* 10) eius quotidie pauperes tributis, et ex eo errore pauperes facere 2. 3. 15) hem] heu *1. 5.* lapso calamo 2. 3. undique] passim *antea omiss. edd.* 17) Prophetam Danielem. [Daniel. 3. Danielem: 2. 4.] Certe emere *edd.* *Falso: verba* canum imp. nesc. sat. *ex Isaiae* LVI. 11. *sumpta sunt.* 22) atque (aut 3) *ante* iustam *edd.* Vel] Qui *edd.* medium, qui 2. 3. 23) fulmen. Probus 2. 3. 24) electus, non faciet puto, sed concupiscens multis mediis a. e. R. centonem. 2. 3.

§ 15. emere Romanum centonem? Non faciet puto. non probat Paulus apostolus qui nos devorant, qui nos in faciem cædunt, qui nos in servitutem redigunt, quandoquidem non Christianam charitatem sed meram tyrannidem illi præ se ferunt, foris facto fuco in pellibus ovinis intus lupos rapaces agunt. Tantum abest, N. venerande, quod velim Christi vicarium conviciis proscindere, ut mihi etiam ille summo in honore ha|bendus sit quem conspurcata suffragia creaverunt, de quo iocari possis fol. 919 a.

Vendere iure potest, emerat ille prius.

§ 16. Mihi iustus dolor est ob nefariam avaritiam totum mundum sub umbra religionis pollutum Christumque cum ipsis aris proponentem. quem tu mihi locum quantumvis obscurum illa contagione non contaminatum ostendes? quæ respublica non multa amisit? quis princeps ius avitum servat integrum? quæ sacerdotum collegia non sunt contaminata? quis pessimos mores, nomen apud nostros maiores abhorrendum, introduxit in Germaniam et quæ honeste nominari non possunt docuit? qui fœdarunt hominum societates? qui norunt egregie fallere, decipere, peierare, testamenta | supponere, divina et humana prophanare, miscere lites, quietos perturbare, denique cœlum cum fol. 919 b.
§ 17. terra confundere? Nonne e Romana Italicaque proluvie ista sentina in orbem terrarum sese effudit, adeo ut ne saltus et

---

1) Non faciet puto *omis. Sp. et 2. 3*. 2) nos (*ante* in) *omis. edd.* 4) caritatem *Sp.* verā *Sp.* mæram *1.* præ se f.] proferūt *Sp.* 5) ouium *edd.* „Ista ouium miros vestit imago lupos". *Hutten.* 5. 6) *Locum* Tantum .... ille prius *omis. edd.* 10) Vendere ... prius.] „.... pallia vende, Simon". *Hutten.* 12) polluentem *1. 5.* Christ.... proponentem. *omis. edd.* 13) Quem enim locum *edd.* illius 9tagio *Sp.* obscura illa contagione 3. 14) 9tā-|minatū *Sp.* ostendas *edd.* Quē *Sp.* 15) Qui *Sp.* 2. 3. avitum] auctum 2. 3. 16) cōtaminata *Sp.* 17) (quorum etiam nomen erat apud nostos maiores abhorrendum) induxit *1. 5.* induxit *etiam 2. 3.* 18) vros *et tum* abhorrentes *Sp.* 20) supprimere *1. 5.* 22) e *omis. 2. 3.* Italicaque *omis Sp.* 23) sese *ante* in *edd.*

sylvæ, ubi lustra ferarum tantum esse dixeris, hoc malo careant? Episcopos merito sacrosanctos esse ducimus; sed prodeant quibus est illæsa sua auctoritas, et hunc veluti bonum valde rarum merito suspiciemus. Non sunt longe petenda ex- §18. empla, sermoni meo fidem conciliant res vestræ: Ante omnes protectum esse oportuit episcopum Bambergensem ab hac peste, ob ingentia dona in Italia Pontifici largita ab Heinrico imperatore, quo domum suam contra Romanas incursationes obarmatam post mortem suam relinqueret: verebatur vir providus id quod postea accidit: latrocinari cœpit superstitio, sed nondum tanta erat eo sæculo: violatum ius est et non servata fides sancto seni. Sed quid ego ista commemoro quæ declamatio- §19. num argumenta superant? ad institutum sermonem redeo. Turcam profligare vultis? laudo propositum, sed vehementer vereor ne erretis in nomine: in Italia quærite, non in Asia: fol. 920a. contra Asiaticum quisque nostrorum | regum pro finibus suis defendendis per se satis est; ad alterum vero domandum totus orbis Christianus non sufficit: ille cum finitimis quandoque tumultuans nobis nondum nocuit; hic ubique grassatur et sanguinem miserorum sitit; hunc Cerberum nullo modo sedare potestis nisi aureo fluvio; nihil armis, nihil exercitu opus est, plus valebunt nummi quam equitum turmæ et militum copiæ. Duplex mihi videtur via proposita, dum rem diligentius con- §20. sydero, una quæ iubente superstitione aurum petit, altera quæ

1) silue *Sp.* duxeris *Sp. 1. 5.* 2) dicimus *edd.* 2. 3) prodeant, sed quib. 3. 3) autoritas *1.* auth. 2. 4) valde et *edd.* suscipiemus. 2. 5) meo concordant 2. 3. *Locum* Ante omnes.... sancto seni. *inepte fol. 921ᵇ, non hic, legitur in Sp. eum omnino omis.* 2. 3 (et 4). 6) Bombergēsem *1.* 7) Henrico *1. 5.* 8) Rōanos incursationes 1. incursiones 5. ob anuatā *Sp.* 11) eo] in *1. 5.* est, ut serv. *1. 5. perperam.* 12) declinationis *1.* declamationis 2...5. 13) arg.] exempla *edd.* 18) quandoq.] quoque *edd.* 21) nihil exerc. *omis Sp.* 22) nummi] Decimæ *edd.* 23) considero 2...5. 24) Vnā *Sp.* Vnam 2. 3. alterā *Sp.* quæ *omis.* 2. 3.

renuentibus Pontificis fulmen minatur. utram vultis, ingredimini. sed o stultam et superstitiosam opinionem credentium cœleste numen omnia æquis oculis intuens ad nutum Florentinorum flecti et reflecti, irasci non danti, et rursum largienti
§21. placari. Non est Christi vicarii fulmen contemnendum, | sed et fol. 920 b.
non semper ab illius iactu pertimescendum, præsertim cum res agitur pro humanis affectibus: Christi indignationem vereor, Florentinorum non vereor: iam vero Florentinorum negocium agitur, non Christi. Superiori æstate sumptu incredibili bellum gestum est contra Franciscum ducem Urbinatem, quo e regno eiecto, sed prius placato aurea gratia, Laurentius Medi-
§22. ces in locum successit. ibi non satis providus fuit Iulius II. quod non plus auri reliquit: ergo invenienda quidem fraus fuit nova: quicunque plura dare potuerunt cardinalium, hi inventi sunt conspirasse in necem pontificis, horum bona fisco scribebantur. Subsecuta est discordia fratrum cordigerorum, quæ quantum lucri attulerit rabulis Florentinis rem pro voluntate in
omnes | partes flectentibus, quid attinet narrare, cum fidem fol. 921 a.

---

1) rennuentibus 2. 4) lagienti 2. 5) et *omis. edd.* 6) ad illius iactū 3. 8) Forentinoꝝ. 2. Florentiæ 2. 3. §. 21. Superiori æstate *etc.*] Pasquillus exul: „Franciscus Urbinas Urbinatium dux, dum a nepote pontificis Leonis X. impeteretur, suisque esset e sedibus depellendus, obstitit quoad potuit, . . . eo maxime quod omnium sane sentientium . . iudicio naturalis hæres ipse esset, nihilque ad Florentinum illum Laurentium de hoc principatu attineret. ubi igitur Leo cum suis Florentinis longe ac ipse speraverat, bellum vidisset protrahi impensasque in dies augeri, iam pene exinanitus hanc artem qua nummos aggregaret, tandem excogitavit. incred.] non debili 2. 3. 10) e *omis. edd.* 11) Laurentius] Frācifc⁹ *Sp.* §. 22.] De thesauro a Iulio II. relicto cf. eund. Pasquillum. 13) inventa fuit quædam fraus nova 1. 2. 4. 5. ineunda fuit quæd. f. n. 3. 14) potuerint 2. 3. De conspiratione cardinalium in necem papæ facta immerito auctor dubitavit. cf Rankii *Deutsche Gesch. im Zeitalt. der Reform.* I. p. 305. sq. 15) adscribebantur 4. *inepte.* 18) atinet *Sp.*

superet largitio mendicorum? Non libet narrare erectas cruces § 23.
salvatoris per cuncta oppida, ad mensuram dantis propitias. Prætereo scenam de æde Petri et risus et indignationis plenam. 'Templum domini, templum domini, templum domini' clamat propheta, sed non est templum domini: Laurentius ædificat, non Petrus; lapides noctu migrant: nihil hic fingo: principes Romani imperii, immo orbis totius, cuncti solicitantur pro æde Petri, in qua duo tantum operantur opifices, et alter claudus, nisi quod nuper in frequentia peregrinorum concitabatur tumultus artificum, currebatur, clamabatur, videbantur sculpti et picti Angeli, excipientes munera
fol. 921 b. largientium ferentesque in sublime. ridere | poteratis mecum § 24.
commoti ob præstigias aucupii, sicut risit olim venerabilis pater Cyprianus præ indignatione, viso Christo pedibus et auriculis asininis depicto. Deflere libet fortunam sæculi corruptissimi ob supinam negligentiam episcoporum atque principum
fol. 922 a. permit|tentium populum suum ita nequiter decipi. Omnes illas
artes invenit fraus Florentina, et propediem nefandiores excogitabit: animadvertite modo: quisque dies novam pariet curam: mora timetur; ne corpus pontificis crassum immatura

---

2) propitias = stipem precariam ad sacra facienda collectam. 2. 3) p̃terea *Sp.* 4) proph.] Ierem. VII. 4. 5) est domini, quod Laur. *Sp.* 6) hic fingo. Electissimi Germani, orbis terrarũ solicitãtur *Sp.* fingo principes Romani imperii ĩmo orbis totius. ' Cuncti s. 1. nihil sic fingo electissimi principes Romani Imperii orbis. Quid s. **2.** sic fingo, electissimi pr. Ro. imperii. Orbis quid s. 3. 7) sollic. 1. 5. 8) opif. oper. *edd.* 9. 10) artificũ. clamabatur. visebãtur sc *Sp.* 10) sculpti] stulti 2. 3. 11) ferentesque in sublime *omis. Sp.* § 24.] Similia in Pasquillo s. Pasquillo exule: „Sunt singulis diebus apud fores ecclesiæ S. Petri lapidum excisores quammulti; sed quod interdiu construunt, noctu clanculo ad palatium Medices, non Petri deferunt: sicque lapides noctu migrant". 11) poteritis̄ *Sp.* 12) aucupii. Ante .... sancto seni. (*i. e. locus supra recte collocatus.*) Sic risit olim propter ind. v. p. Cypr. v. Chr. *Sp.* Sic risit *etiam* 2. 3. 13) auribus *edd. perperam.* 14) depicta. Postea defle fortunam *Sp.* 15) supremam *edd.* 16) illas] alias *Sp.* 18) animadverte *Sp.* d. noua pariet (*om.* curam) *Sp.* Quisque modo d. *edd.* 19) mora *omis. edd.* Tuetur 2. 3.

morte perturbet consilia, fugato duce Urbinate similem fortu-
nam minantur principi Ferrariensi, quo pariter eiecto regnum
constituemus et Regem Tusciæ salutabimus Laurentium Medi-
§ 25. cem civem Florentinum. sed quoniam fortuna mutabilis est,
et citius mori potest Leo papa quam ista finem optatum
consequantur, et fieri potest ut Leonis successor discedere co-
gat Laurentium ex alienis regnis, ideo contra adversum even-
tum ducenda est uxor | Laurentio in Gallia cuiusdam potentis fol. 922 b.
ducis filia, emendusque ibi principatus parandumque adversus
fortuitos casus, sicut decet sapientem virum duobus regnis pro-
fugum. facta est emptio, signatæ tabulæ, dati fideiussores:
satis diu Medici fuimus; Principum Regumque fortuna ambienda
§ 26. est. Habes iam breviter caput Decimarum et insidias Turcæ
duce superstitione in viscera vestra latrocinantis. Quamobrem
resistite nefando conatui; nolite assentiendo contaminari im-
pietate; quod rectum est, quod ratio suadet, sequimini.
Signatum est lumen vultus tui, domine, super nos; illud er-
rare nolentes non sinit. Mementote vos esse Germanos, | hoc fol. 923 a.
est populum ante alios natura liberiorem, sicut hostes vestri
de vobis scripserunt; nolite alicui esse vectigales, ante omnes
vero Florentinis, in quo ad rei indignitatem accedit quoque no-
§ 27. minis contumelia. proferant se in iudicium nostri episcopi in-
dignum servitutis iugum a cervicibus suis abicientes. Sed ve-
rentur omnes, tacent, mussitant, quidam quod dicere non di-

1) consilia. Fugato *edd.* Urbinato 5. 2) minatur 2. 3. . Quo *edd.* eiecto] electo 5. 3) Thusciæ 2. 4) quoniam] quia *edd.* nostra fortuna 2. 3. 5) mori p. *edd.* Leo X. 3. Leo decimus 1. 2. 4. 5. opt. fin. *edd.* 6) consequuntur *Sp.* 9) parandum *edd.* 10) profugium *Sp.* *1. 5.* 12) Medices 2. 13) Habetis *edd.* 15) ↄtāminari *Sp.* 17) signatum *etc.*] Psalm. IV. 7. vultus dñi super *Sp.* 18) volentes *Sp.* 19) liberiores, sicuti *Sp.* 20) alicubi 3. 21. 22) in quo....contumelia. *omis. edd.* nominis contumelia] quod non ex antiqua nobilium, sed mercatorum prosapia essent Medicæi. 23) abiic. *edd.* 24) tacent *omis. edd.* missant *Sp.* mussitant quidem, quod *edd.*

dicerunt, alii metu fulminis, nonnulli spe novi honoris. unus omnium mihi venerabilis Laurentius animum erigit, qui sæpenumero gravem hymbrem consilio et prudentia sua a republica Franconica amovit, atque ideo corona civica merito laureandus, fol. 923 b. augustiore | vero si hanc quoque tempestatem removerit; ad § 28. quem honorem quo mentem studiumque convertat alacriter divino monitu nos, qui ab eo sacerdotum collegio donati sumus, audentius deprecari volumus: oremus pro antistite nostro, dominus conservet eum et vivificet eum et beatum faciat eum in terris, et non tradat eum in manus inimicorum eius; in manus autem inimicorum traditur, quando audire contemnit eum qui dicit 'Ego dominus diligens iudicium et odio habens rapinam'.

[*In MS. Spalatin. sequitur hæc clausula:*]

Vale N. dignissime. Dignum erat scilicet tanto sumptu, tanto emenso itinere Romam obequitare ad osculandos putridos pedes Leonis. Ex Vrbe.

MDXVIII.

[*Editi post v.* rapinam *sic habent:*]

, qui sit in secula seculorum benedictus. Amen.

[*Tum in editt. 1. 5. sequitur hæc clausula:*]

In Comitiis Imperii Ratisponensis, Francisco Cardinali Senensi legato, et Ioanne Campano oratore, decima itidem petita

---

in einer durch Gelehrsamkeit, Bildung und Feinheit des Urtheils ausgezeichneten Schrift, wie es die biographische Skizze Lameys „Joh. Reuchlin. Pforzh. 1855. 8°." ist, dem Crotus weibische Schwachheit und Bestechlichkeit, daß er sich von dem Bischof von Mainz habe bezahlen laßen gegen seine frühere Ueberzeugung zu schreiben, vorgeworfen wird, so ist das um so viel ärger, als sich sonst in dem angeführten feinen Büchlein durchaus Milde und mitunter sogar zu große Freundlichkeit in Beurtheilung der Charaktere und der Motive zu erkennen giebt. Jene Vorwürfe wären ungerecht, selbst wenn (wie doch nicht der Fall ist) Crotus, und nicht Mutian den Brief an Heinr. Urban geschrieben hätte, aus welchem Lamey gegen Crotus argumentiert. Ich würde mich freuen, wenn dieser Verfaßer der besten unter den mir bekannten biographischen Darstellungen des ehrwürdigen Reuchlin statt der unrichtigen par Sätze gegen Crotus (S. 74.) etwa Voigts Urtheil, welches, wenn ich nicht gänzlich irre, Lameys An- und Einsichten beßer entspricht, als die aus Versehen entstandenen getadelten Sätze, bestätigte. Voigt sagt S. 168. „Es war . . . die Rückkehr des Crotus zur päpstlichen Kirche keineswegs bloßer äußerer Schein, wie selbst in seiner Zeit hie und da angenommen wurde; es waren auch nicht politische und eigennützige Rücksichten, die ihn bei diesem Schritte leiteten, sondern seine eigene innere Ueberzeugung und eine trost- und hoffnungslose Ansicht von den Wirren der Zeit, die ihn keinen Sieg des bessern Princips erkennen ließ, trieben ihn aus dem Lichte, welches sein Auge noch nicht ertragen konnte, in die Dämmerung der alten Kirche zurück . . . . . Die Protestanten mochten ihn immer wohl als einen Abtrünnigen verdammen, denn sein Rücktritt in die alte Kirche brachte bei dem hohen Ruhm, in welchem sein Name durch ganz Deutschland glänzte, ihrer Sache großen Nachtheil. Allein Crotus handelte offen und gerade, wie ein Mann, der unbekümmert um fremdes Urtheil seiner Ueberzeugung folgt". Vgl. nun auch Strauß Hutten II. S. 361. f.

Alle bisher ausgehobenen Gegenargumente gegen des Jonas Abfaßung der Responsio fallen bei einem andren Justus oder Jodocus hinweg, bei Menius, und wir hätten uns sonach zu folgendem Satze berechtigt:

„Justus Jonas hat die Responsio nicht verfaßt, aber Justus Menius kann sie verfaßt haben".

Warum aber sollen wir denn just einen Justus oder Jodocus zum Verfaßer des Briefes haben, in welchem doch von diesem Namen nichts vorkommt? Ich rathe nicht auf den Justus Menius seines Vornamens wegen, sondern erkläre ihn für den Verfaßer der Responsio, weil ein gewisser Martinus, mit dem Familiennamen Luther, ihm die Apologie des Crotus zugeschickt hat, mit der Aufforderung, man dürfte fast sagen 'mit dem Befehl', diesen gehörig durchzukämmen und ihm seinen Epikureismus bunt genug abzuschildern. Der Brief ist aus Aurifabers ungedruckter Sammlung und nun zu lesen bei Schütze[32] und de Wette[33]; er ist datiert die S. Lucæ [18. Oct.] anno 1531. und lautet also:

Iusto Mœnio[34].

Gratiam et pacem. Exemplar tuum de usu historiæ sacrarum litterarum vide ut absolutum ad nos maturius mittas, quantum est reliquum: nam quod misisti, iam sub typis formatur[35], mi Iuste. Valde etiam placet quod sententiam petis nostram super iis qui non communicant: arbitror vos satis fecisse officio vestro si fecisti ut scribis. — — — Weselium[36],

32) Luthers ungedr. Briefe II. (1781. 8⁰.) S. 245. f.

33) Luthers Briefe IV. (1827. 8⁰.) S. 311. f. n⁰. MCCCCIV.

34) „An Justus Menius". d. W.

35) Die Schrift, wovon hier die Rede ist, ist schwerlich die „Von christlicher Haußhaltung", die schon 1529. 4⁰. zum erstenmal gedruckt war; sie fehlt also in den unten (Note 42) anzuführenden Verzeichnissen der Schriften des Menius.

36) Georg Wizel. Vgl. oben Not. 26. und W. Kampschulte De Geo. Wicelio eiusque studiis ac scriptis irenicis. Paderb. 1856. 8⁰.

hominem perditum et qui meris hinc mendaciis eluso principe abest, non feremus istic apud vos nidulari — — — Sed ecce Crotum[37] illum Epicureum, qui nos insectatur virulenter et pontifici Hallensi[38] adulatur. *Mittimus ad te exemplum, et tu interim te para ut illum depexum nobis recte reddas et Epicurismi[39] sui coloribus pingas: hoc enim tui officii erit.* Occupatissimus scribo. Optime vale. Ego muß haben in idolum magnum tuum[40], sed certe prophetæ sub prelum traditi sunt vernacula absolvendi[41]. Die S. Lucæ Anno 1531. T. Martinus Lutherus.

Im Jahre 1531. galt ein Auftrag Luthers an einen thüringischen Superintendenten einem Befehle ziemlich gleich: „tu interim te para!" „hoc tui officii erit". Menius hat sicherlich nicht geantwortet „Ich will nicht", sondern er hat gewollt, hat der Ordre pariert und den Freund Crotus gehörig ausgekämmt und dessen Epikureismus, ohne mit den Farben zu geizen, ausgemalt. Daß das geschehen ist, wird keiner läugnen, der die Responsio gelesen hat. Ich kenne gerade von

37) Schütze hat crassum statt Crotum; aber wenn auch de Wette das 'Crotum' nicht aus dem aurifaberschen Original genommen haben sollte, sondern dieses bloße Conjectur wäre, ja selbst wenn Luther unzweifelhaft crassum, nicht Crotum geschrieben hätte, so wäre es doch nicht zweifelhaft, daß dieser gemeint sei.

38) dem Erzbischof Albert von Mainz.

39) so Schütze und de Wette.

40) so Sch. u. d. W., dieser mit beigesetztem Fragezeichen. Wer versteht die Stelle? Auch das sed certe scheint corrupt: mit prophetæ beginnt, scheint mir, ein neuer Satz. Sollte etwa zu schreiben sein: „Ego muß haben In idolum magnum tuum fct. Crotū"? so daß in dieser (scherzhaft befehlenden) Form gesagt wäre „ich will durchaus eine Gegenschrift von Dir gegen Deinen Liebling, den heil. Crotus". Non novi rectius istis.

41) Die Octavausgabe „Die propheten alle | Deutsch. | D. Mart. Luth. | M. D. xxxii. |" Am Ende: Gedruckt zu Nüremberg durch | Friderichen Peypus, Im | Jar M. D. xxxii. | liegt zufällig vor mir.

lateinischen Schriften des Menius[42], aus denen hier hauptsächlich zu argumentieren wäre, zu wenig, als daß ich nach deren Art und Stil die fragliche Responsio bemeßen könnte, und lehne daher diese auch an sich gefährliche Aufgabe ab; aber den Commandanten Luther kenne ich hinlänglich, um zu wißen, daß er seine Leute beurtheilen konnte, und wen er in ein Gefecht, das er nicht selber anführen konnte oder wollte, hinausschicke. Und Menius hatte sich auch durch seine Streitschriften wider Conr. Klingen und besonders gegen die in Thüringen umspukenden Wiedertäufer als tapferlichen Kämpen schon bewährt. Vorzüglich aber ist zu bemerken, daß, wie die Apologia sowol als die Responsio je im Eingange beweisen, die letztre eine Replik ist[43]: Menius war der amicus

---

42) Menius' Schriften verzeichnet Motschmann Erford. literat. 3te Forts. (1735. 8°.) S. 380. f. und (von n°. 17. an bis 24.) das bei Motschm. unangezeigte Rotermund Fortsetz. Jöchers. IV. (1813. 4°.) Sp. 1434 . . . 1436. Aus Motschm. setze ich hier noch her: „Von seinen Leben und Schrifften geben uns Nachricht: Die Epistola dedicatoria Phil. Melanchtonis vor Menii Predigten über die Epistel an die Galater, Paulini Annal. Isenac. Toppius in der Historie der Stadt Eisenach p. 32. sqq. Hundroph. in encomii Erffurt. continuatione. Joh. Chph. Saltzmann in Evangel. Danck- und Denckmahl Mühlbergischer Kirchweyh p. 35. sqq. und andre mehr", aus Roterm. „Johan. Maior schrieb epicedion Iusti Menii. 1558. Witteberg. 1 Bog. 4°."

43) Diese ihre Eigenschaft, Replik, nicht erster freier Angriff zu sein, scheint mir bei Beurtheilung ihres moralischen Werthes von wesentlicher Bedeutung: wäre die des Crotus äußerer Stellung gewiss sehr gefährliche Schilderung seines Charakters und seiner sehr antiecclesiastischen Ironie nicht durch dessen Antwort auf den ersten (wahrscheinlich nur die Verfaßung und etliche Dogmen der römischen Kirche, nicht die Person des Crotus angreifenden) Brief des Menius, durch die Apologia, provociert gewesen, so daß nun dem Crotus der Bruch der Freundschaft zur Last fiel, so könnte ich zwar jene Schilderung selbst als psychologisch treffliche und drastische Darstellung loben, müste aber deren Verfaßer für einen Sykophanten halten.

ad quem privatim conscripta die apologia auf ihrem Titelblatte heißt, er hatte zuerst die dem Crotus unbequemen litteras ausgehen laßen (ob nur geschrieben oder auch gedruckt, wer weiß das jetzt?) und darauf dieser die gedruckte Apologia ausgespielt. Wem konnte also Luther mit beßerem Recht anmuten, daß er deren gegen die Lutheraner so antagonistischen Verfaßer gehörig durchhechele, als eben dem ungenannten Adressaten der Apologia selbst? Daß es Luther ist, welcher dem Menius die nur scheinbar an diesen ausschließlich gerichtete Apologia zuschickt, während ein Heutiger eher erwarten würde, daß Menius dem Luther von ihr vorzuerzählen begonnen habe, kann keinen befremden, der, auch abgesehen von Luthers und seiner Wittenberger eigenthümlicher Stellung, die damalige litterarische Verkehrsweise kennt und erwägt, daß die (schwerlich je handschriftlich dem Menius zu Gesicht gekommene) Apologia in Halle geschrieben, in Leipzig gedruckt ist und gewiſs unter den Lutheranern an deren damaligem Centralort Wittenberg zuerst bekannt und eine Replik herausfordernd empfunden worden ist.

Die äußeren Umstände sind alle des Menius Autorschaft höchst günstig. Zunächst entspricht die Responsio selbst trefflich dem Auftrage Luthers: sie enthält so zu sagen nicht mehr und nicht weniger als Luther in den wenigen Worten bestellt hatte; sie ist wie eine auf Luthers Commando geladene und gelöste Salve. Auch prompt abgefeuert, freilich von dem dazu schon auf dem Posten stehenden Kanonier: Ende 31. wird Menius zur Abfaßung der Schrift aufgefordert, 32. ist sie gedruckt: wir wißen zwar nicht, in welchem Monate des Jahrs, aber es kann keiner der späteren sein, denn der annus war noch „Croti defectionis primus“, und im September war die an Frische der Darstellung gegen andere Schriften des Crotus sehr zurückstehende Apologia, die er doch sicherlich erst geschrieben hat, nachdem er kurfürstlicher Rath und Canonicus

an der Stiftskirche zu Halle, also jener defectio schuldig geworden war, schon gedruckt[44]. Menius war wahrscheinlich 1521., als Luther durch Erfurt nach Worms zog, zu Mühlberg, ein armer Vicarius, dem jenes „diceris in equo vectus“ recht gut ansteht; er hat Luthers Durchreise wol erst einige Tage später vernommen. Dagegen ist auch nicht das bekannte crotische Wappenbild in der Erfurter Universitätsmatrikel[45]), welches auch des Menius Wappen (zwischen denen Luthers und Camerarius) darstellt: die meisten der Sechszehn, deren Wappen das des Crotus umgeben, waren 1521., auch ohne von den Emeuten und der Pestilenz vertrieben worden zu sein, nicht mehr in Erfurt; ja einige derselben, so Reuchlin und Erasmus, haben Erfurt nie gesehen; andere haben, wenigstens zu Crotus Erfurter Zeit, dort nicht geweilt, wie Melanchthon und Urban Regius, welcher letztre überhaupt wol nur durch irgend eine Verwechselung mit dem Erfurter Heinr. Urbanus auf jenem Wappenbilde erscheint: Menius war (als **Iodocus Menigus de Fulda**) 1514. in die Erfurter Matrikel eingetragen worden — unter Erlaß der Hälfte der Inscriptionsgebühren; 1515. war er Baccalaureus, 1516. Magister daselbst geworden[46], also vor Crotus Abwesenheit in Italien (1517... 1520.)

44) Dieser Druck ist freilich nach der Versicherung des M. Blumus typographus rasch gefertigt worden: „Nolumus te latere, lector c., nos multis de caussis in Apologia hac excudenda plus æquo festinase [*sic*], non: ut ille ait: lente sed præpropere“. Aber man vergeße nicht, daß auch der die Apologie veranlaßende, dem Crotus so unbequeme Brief diesen schon als Reconvertiten getroffen haben muß. Daß Crotus schon April 1531. in die Dienste des Erzb. von Mainz getreten war, besagt dessen eigenes Schreiben, Note 25 oben.

45) in Keysers Reformat. Almanach. Erfurt 1817. 16⁰. zu S. LXXXV. Daß hier die von Motschmann Erford. literat. 2. Forts. (1734. 8⁰.) S. 221. mitgetheilten Umschriften und Eoban Heßens untenangesetztes Tetrastichon fehlen, ist ein Fehler.

46) Motschmann l. c. 3te Forts. S. 378.

mit diesem mehrere Jahre lang in Erfurt zusammen, und, wie ein auch von Olearius schon angezogener Brief Mutians an Menius[47], das Wappenbild, nun aber am anschaulichsten und vollständigsten unsere Responsio beweist, ihm vertraut befreundet gewesen. Täusche ich mich nicht, so erkenne ich auch selbst aus dem Exordium der Apologie, daß Menius den Crotus in dem Briefe, welcher diesem so verdrießlich war und es dann in seinen Folgen noch so viel mehr wurde, mit der Zutraulichkeit des dem Lehrer äußerlich nun gleich stehenden, innerlich aber noch von der alten Bewunderung und Verehrung bewegten Schülers empfangen hatte. Die unfreundliche Zurückweisung solcher Bewunderung und Verehrung reizt wol zu Bitterkeiten, wie von solchen die Responsio, die übrigens selbst einen Meister gewordenen Schüler des Crotus verräth, nicht freizusprechen ist. Auch das über des Crotus Alter und Grauköpfigkeit in der Responsio gesagte steht so dem zu Ende des

47) (*Mutianus*) Probatissimo Iusto Menio amico fidelissimo S. P. D. Nuper ad me scripsit Crotus noster e Bononia. darem ego tibi literas viri optimi, quem tu unice veneraris ut hominem doctissimum et integerrimum, nisi Suebus tecum certaret in amando: tam amat Crotum quam tu. 'Eia', inquit, 'mi Mutiane, siccine me mea defrau- 'das voluptate? Semel Croti epistolam dedisti, o qualem, deus æterne, 'suavem, hilarem, plenam iucunditatis, eruditionis, novitatis . . . . . 'Ante dilexi, nunc amo Crotum, et amabo quoad spiravero'. Talia Suebus, scin quam amabilis, quam literatus. ferreus essem et expers omnis officii si tam bono, tam docto amiculo tam bellas et delicatas Croti literas auferrem. Sed dum illi obsequor, te forsan offendo: affectas enim tui præceptoris osculari manum . . . . . Sine habeat parum illius boni Croti, cum tu maxima possideas; sufficit una Suebo epistola velut illicium amoris, cum tibi totam bibliothecam sciamus esse traditam. Verum de literis hactenus . . . . Vale. die pictoris evangelici [*18. Oct. a. 1517.?*]

Tuus Mutianus.

Aus W. E. Tentzel suppl. hist. Gothanæ. Ienæ. 1701. 4°. Anh. p. 106. sq. n°. LXXXI.

J. 1531. 37 (nach einem andren Berichte gar erst 32) Jahre alten, nunmehr (seit der Rückkunft von dem Marburger Gespräch, 1529.) Eisenacher Pfarrherrn und Superintendenten Menius noch beßer an, als dem schon ein Jahrzehnt die Wittenberger Propstei bekleidenden, wenn auch noch nicht 40jährigen Jonas. Menius konnte in Eisenach, nicht aber Jonas in Wittenberg Wittenberg als „illam [*Halis*] vicinam urbem" bezeichnen. Läge uns jener erste Brief, von welchem Apologia und Responsio anheben[48], vor, so bedürfte es vielleicht meiner ganzen Auseinandersetzung gar nicht; ich fürchte aber nicht im mindesten, daß diese in ihrer eigentlichen Aufgabe unbestätigt laßen wird wer die Responsio mit den übrigen uns erhaltenen Schriften des Menius sorgfältig zu vergleichen Gelegenheit und Geschick hat und benutzt: ich stelle auch schon bei dem jetzigen Stande der Sache, man sehe zu, ob zu kecklich, den Satz auf:

„des Crotus ehemaliger Schüler Justus Menius hat, von Luther dazu aufgefordert, die Responsio ad Apologiam Croti Rubeani verfaßt".

Bonn am Tage S. Wolfgangs 1857.

---

48) Auch Olearius hat ihn nicht gekannt, und wir würden ihn also auch nicht haben, wenn die von diesem verheißene, leider aber nicht erschienene Lebensbeschreibung des Crotus nebst Sammlung seiner und der an ihn gerichteten Briefe zu Stande gebracht worden wäre. Uebrigens wäre es gar wol möglich, daß jener meniussche Brief, der (wie im Decennium vorher der erasmische an Laurin die huttensche Expostulation und den erasmischen Schwamm, der nachzüglerischen Schreiben nicht zu gedenken) die crotische Apologie und unsere Responsio hervorgerufen hat, doch noch erhalten wäre, und zwar, vermute ich, als gedruckte Flugschrift. Daß er unter des Menius Namen erschienen sei, ist gar nicht wahrscheinlich.

AD APOLOGIAM IOANNIS CROTI RVBEANI

RESPONSIO AMICI AD QVEM PRIVATIM EAM SCRIPSIT.

§1. Meas literas, Crote vir suavissime, subindicas tibi molestas p. 2.
fuisse, quod de libello cui addita erat præfatio, asperior quam multi vellent, quædam ex te rogaram et cognoscere cupiebam quatenus tibi illa ad vestrum episcopum¹ in cuius nunc aula tu, ex veteri et insanabili Luthero repente factus pulcherrimus papista, cum maximo applausu tuæ tam fortis defectionis versaris, pertinere viderentur. Scribis te oportuisse obviis ulnis

---

1) APOLOGIA·|QVA RESPONDETVR TEMERITA-|ti calumniatorum, non uerentium confictis criminibus in | populare odium protrahere Reuerendiſſimum in Chriſto | patrem & dominum, do. ALBERTVM......à Ioanne Croto | Rubeano priuatim ad quēdam amicum | CONSCRIPTA. (*arma archiepiſcopi Moguntini.*) [*16 folia 4°., quorum ultimum a ſcriptura vacuum est.* fol. 15ᵇ.: Lipſiae Michael Blum. | excudebat menſe Sep=| tembri Anno. M | ccccc. | xxxi. | 7) vestr. episc.] |Albertum cardinalem et archiepiſcopum Moguntinum. 10) Scribis] Croti Apologia sic orditur: „Diuturnum silentium quod peperit nobis absentia mea, dum septem pene annos apud Borussos et Sarmatas dego, literarum prolixitate postulas compensari, proposita ad epistolæ argumentum tediosa molestarum quæstionum mole. Facis tu quidem animo, ut te novi, peramico sed sermone parum convenienti: nam pervertitur ordo officii quod in agendo et locum et tempus et personas observat; par erat ut cuius absentiam ægre tulisti, eum redeuntem tandem ab exteris ad hoc composito sermone exciperes, uti de more salutant sese ac obviis manibus excipiunt quos ad tempus a iucunda familiaritate sors aliqua disiunxit; ut vero intermissam nostram familiaritatem non vereris renovare eiusmodi quæstionibus, quarum tractatione coniuncti animi citius multo poterint in discordiam commoveri quam ad veterem amicitiam redire . . . .“

suaviter et amanter excipi sic e Sarmatis reducem, non eiusmodi
tetricis scriptionibus et minime iucundis quæsitis eius officii
dulcedinem sub ipsa initia tam læti et nimirum omnibus expectati
tui reditus corrumpi. Quid detineam te multis? ultro cedo tibi, § 2.
tali viro, tali sopho, peregrinam et exoticam sapientiam e Sar-
p. 3. matis, e media ni fallor Scythia afferren|ti et de aptissimis ami-
citiæ rationibus ac officiis præclare iudicanti. erratum est fateor,
et nunc primum amicus esse discam ab his qui vere sciunt, a
te scilicet homine humanissimo et amantissimo bonorum omnium
quamdiu boni sunt, id est quamdiu rebus utuntur secundis et
non onerant se nimio (quod in tua philosophia semper sapientis
est habitum) potentum et divitum odio. Agnosco veterem illum § 3.
Crotum qui natura semper abhorruit a politicis illis et seriis ne-
gociis, qui nunquam res ecclesiæ tanti faciendas duxit, quin iu-
stum somni naturalis tempus absolveret, qui nunquam tantas sui
sæculi vidit miserias, nulla tam difficilia, afflicta aut tristia tem-
pora reipublicæ, quin ridere mallet et gestire cum suis amiculis
et suis illis oblectare se iocis, quam nimium ringi illis publicis
nunquam finiendis et corpori ac valetudini semper noxiis curis.
Sed age, mi Crote, si forsan sola commemoratione illius rei seriæ § 4.
cerebello tuo nocuit mea illa de ecclesia, de utraque specie sa-
cramenti &c. tum cum minime necessum fuit, concionatrix et de-
p. 4. clama|trix epistola, compone te rursus (silebo interim alto et si-
lenti silentio) ad illum cui assuevisti somnum: quiete enim nunc
opus est tibi miserrimis curis pro ecclesia sic ibi inter vina et
lauticias aulicas defesso et exhausto; cedo nunc suaviter, rursus
obdormi et illas graves sollicitudines quas odiosus ego nihil in
tempore, nihil in loco tibi inieci, securus edormi; et cum ad te
redieris, cum evigilare libuerit et operam nobis tantisper dare
(id quod tamen tuo bono commodo et facultate bona fiat), tum
hanc meam animi causa leges epistolam, in qua nihil de Christo, § 5.

---

6) Schytia *Ol.*

de sacramentis, de rebus ecclesiæ, quæ themata tibi permolesta (ut video) fuerunt, sed eiusmodi quædam tecum amice confabulabor quæ plane tui sunt stomachi, quæ præter te ipsum et quosdam amicos veteres de te scit nemo, quæ risus iocique uberem præbeant materiam, quæ reddant tibi recordatione prioris illius vitæ tuæ, cum magis tuus eras, novum illum Romanismum quo istic apud parum attentos et parum cautos te pro papista venditas, adhuc iucundiorem, dum Romanæ ecclesiæ addictissimum te esse simulas et ani|mulam ac oviculam simplicissimam sub fideli p. 5. pastore animarum et cruento bellatore Clemente VII. et intus in § 6. corde suaviter rides et contemnis omnia. Sed antequam de illis nostris iocis iucundissimis garriamus, primum hoc monebo candore quem nosti et quem mereris incredibili: novi quidem te, Crote, egregium simulandi et dissimulandi artificem, præsertim cum vafriciem nativam et ingenium callidum adhuc magis acuunt illecebræ illæ, favor potentum, applausus papistarum, cibus alie- § 7. nus: sed quæso te, non contemne mea monita; non credis, interim quod tu abfuisti in Sarmatis morum conservator, ecclesiæ defensor, quantum novarum artium invexerint Lutherani et quanta ex parte Germani facti sint callidiores, quantum huic Teutonicæ simplicitati, quam tu nisi abiisses conservaturus forsan eras, detritum sit: non tam facile iam imponitur nostris hominibus ut olim antequam hoc Lutherano phyramate sic fermentaretur Germania: postquam enim ad tam claram lucem prolata est impostura indulgentiarum et fucatissima illa hy|pocrisis monachorum, omnibus p. 6. escam subesse timent, omnia suspecta habere didicerunt etiam ipsi papistæ, et sub quovis colore timent latere novum aliquem indulgentiarium, novum aliquem monachum qui aulicorum, divi- § 8. tum et potentum favorem prædam captans ambiat. Scio satis artificiose celare nosti interiorem illum Crotum, scio bona verba

23) phyr.] farina subacta macerataque. 28) Indulgentiarum *Ol.*
29) præd. capt.] Ad Germanicum Croti nomen *Jæger* alludi opinatus est Olearius.

dabis reverendissimo cardinali, et aulicis illis quos videris proximos esse deos Iovi, omnino gnaviter assentaberis; coram etiam torquatis illis et quibus non difficulter imponi posse confides, aliquid libere, aliquid aspere dices in Lutherum et in illam vicinam urbem, commemorabis quoque crebro, scilicet arte Pelasga instructissimus Sinon, te quoque fuisse in illis Lutheranis castris.
Et profecto non aspernandæ artes erant hæ, dum vetus illa forma § 9.
duraret et valeret gnatonismi, cum nondum Lutherus etiam parasitorum professioni et quæstui nocuerat: eiusmodi enim Gnatones quærit aula qui ex dolis et technis consuti sint, qui sic præcepta iam instructa et præmeditata, dicta et facta habeant |
p. 7. omnia, ut summa sapientiæ universæ illius et sermonis omnis sit, aiunt, aio; negat quis, nego &c. cætera nosti &c. Sed § 10.
amabo te, mi Crote, confides ingenio tuo, at memento tamen diffidere hominibus; non versaris in veteri illa Germania quam in Borussos discedens reliquisti, sed in novo seculo, nova quadam natione adeoque alio pene orbe, et tam mira ac horribilis celeritas fuit mutationis, ut vere dies diem docuerit; multos tales parasitos qui ventris causa papam et illam consputatam Romam rursus oretenus in cœlum sustulerunt, audierunt his temporibus papistæ (neque enim te solum ad has artes compulit Penia); fuerunt etiam § 11.
ante te non solum lingua et voce, sed et tussi, quæ altera vox videri possit, valentes oratores, qui in regum aulis venalia prostituerunt, siquis audire velit, salse, laute, lepide et facete dicta et exquisita convitia in Lutherum, et tamen toto foro eiecti, exibilati et explosi sunt; adeo ars illa longe utilissima et pulcherrima Gnatonis quæstus esse desiit uberrimus, adeo cum rebus et statu ecclesiastico et illæ artes mutantur, prodita sunt
p. 8. hæc Gnatonis mysteria. omnia quæ di|xi, olim callida, olim § 12.
astuta, veteratoria, artificiosa et gnatonica fuerunt, nunc illa (dii

---

1) videris] uiris *Ol.* 4) vicinam] Halis Saxonum Wittenbergam. 9) ac professioni et *Ol.* 21) Penia] Paupertas, Inopia.

malefaciant illis futilibus qui prodiderunt) prodita, evulgata, detecta, prolata sunt omnia. Et mirum nisi tu ab his qui novo quodam artificio simplices se insidiosissime simulant et a quibus

§ 13. minime putas, cognosceris et pernosceris. Neque hoc mihi tuum consilium placet, quod eiusmodi libellis abs te æditis iratis Musis in præfationem amarulentam, in criminatores cardinalis tui aulicis fucum facere studes: nam ne hac quidem arte satis velatus, satis coloratus et personatus interior ille Crotus est apud papistas; ipsi quidem legunt hos tuos libellos et illa quæ simulas hostilia scripta in vicinos nescio quos, sed interim vident, interim sentiscunt te non satis excitatum esse, te frigide agere causam et scribere quidem, sed cogitantem de farinis, cogitantem de salinis (*von den Pfannen zu Halle**), ut semper fuisti salsissimus, non de hostibus, neque ut in re tanta agere eiusmodi languidis et intermortuis libellis satis hostiliter. Proinde hac ex parte valde de te sollicitus sum, ut satis callide et prudenter possis dissimu-

§ 14. lare naturam. crede mihi, tu|us ille cardinalis oculos habet et p. 9.
de hominibus nonnihil iudicare novit, et mirum nisi princeps sapientia singulari et excellenti et tanto tempore usu rerum maximarum exercitus ac peritus melius iam nunc te introspexerit quam ipse te nosti. sed cogitat forsan et expectat quorsum illa impudens et confidentissima simulatio tua tandem evasura sit. Non est ut hoc seculo tali vultibus aut verbis credas aulicis: nihil fallacius vultu et aliis fictionibus oris et frontis, et præsertim in aula hæc sunt fucatissima; vulpissas forsan, sed contra auli-

---

6) in præf. *etc.*] Hæc aut obscure mendoseque scripta aut ab operis corrupta esse videntur. An *per p.* loco *in p.*? omissa incisione ante *in cr.* 10) vic. nesc. q.] Wittenbergenses.

*) „Codicem possideo a. C. 1480. et 1528. scriptum, in quo non archiepiscopi Magd. solum, sed ministrorum quoque eiusdem sacrorum (*Herrn- Pfaffen und Heiligen Soole*) portiones Halensium describuntur salinarum, quibus hi præsertim ad sustentationem uti et frui poterant honestam". *Ol.*

cos, sed contra vulpes: naturam, inquit ille, expellas furca, tamen usque recurret; personam forsan indues aliquandiu, sed Crotus tamen redibit ad ingenium. atque ibi cave ne hoc sub- § 15. odoretur princeps emunctæ naris, ne aliquis pervideat Lynceus. Sed hæc missa facio et ne iterum tibi ingeram nimis seria et tetrica, ad nostra venio colloquia interiora et vetera, et ne inter papistas isthic, inter Catones illos tuos ecclesiasticos, ubi non proloqui audes quod sentis, dediscas illud tuum genus ridendi, iocandi, ludendi, sine quo sat scio nullam vitam iucundam esse | p. 10. ducis, hic clanculum ut inter amicos, sepositis interim theologicis illis quæ molesta tibi esse intelligo, colloquamur. Nosti ante § 16. annos quindecim, antequam exortus esset Lutherus, cum nondum tui Obscuri Viri Coloniensem Hochstratum et reliquos papistas comparabili illo quidem sed tamen æterno poemate celebrarant, quam vos duo heroes, tu et Huttenus, horribile bellum indixistis universo papistico nomini, quantis viribus, quam instructis et firmis copiis terra marique persequi papistas induxeratis in animum. quot et quantis dialogis, epigrammatis, § 17. satyris, scriptis Latinis, Germanicis, exagitastis Romanistas, cardinales, episcopos, præcipue autem theologos et monachos? superi boni, qui sales, quæ dicteria, quæ scommata, quæ cavilla, quod genus ridiculi et risus usquam erat quod Crotus ille, nunc amicus magnus papistarum, tunc non excogitandum, invertendum et detorquendum duxerit ad exagitandum hoc totum genus? Si- § 18. quis aliter tunc cardinalem apud te quam 'carnalem', siquis aliter cœnobitam quam 'cœnoficium', hoc est sordidatum, siquis theolo- p 11. gum aliter quam 'theolongum' nomi|nasset, ille tibi visus esset nihil tui illius salis, nihil urbanitatis, nihil mentis habere; ut interim taceam libellum illum tuum qui decem possit exercere Democritos, Obscurorum scilicet Virorum Epistolas, quæ nihil fuerunt quam

1) ille] Horat. epist. I. 10, 24. 12) ante ann. 15] i. e. a. 1517. vel 1516.

classicum quoddam ad concitandos et armandos adversus papi-
stas novis convitiis eos qui per sese tam salse dicta non erant
§ 19. inventuri; quem libellum tuum haud dubie amas in hunc diem
tenerius quam simia prolem, quem sat scio sic admiraris, sic ut
tuum inventum deperis, ut Homeri malles interire Iliada quam
illos Croti suavissimos risus et immortales de papistis cachinnos
intercidere; quem libellum propter infinita ridicule dicta tua in
episcopos, in monachos, in theologos &c. Erasmus ille Rotero-
damus sic dicitur habuisse in deliciis, ut duas epistolas eius præ-
clari operis, alteram tuam omnium salsissimam et elegantissi-
mam, alteram Hutteni*, ad verbum ediscere et in conviviis
recitare non dubitarit. et nosti quos ludos, quos iocos ille liber
§ 20. nobis sæpe præbuit: nullum convivium erat, nullus consessus,
nulla deambulatio, ubi tu non circumferres illam politiam tuam,
illam for|mam reipublicæ novæ tuæ, per quam facillima via, ri- p. 12.

8) Erasm.] Cf. Hutteni expost. cum Erasmo § 81.

*) Olearii ad h. l. adnotationem, per se quidem satis levem, quia recentiores scriptores non nihil ponderis ei adscribere solent, subiciam: „Ex his non difficulter colligi potest, quis celebratissima-„rum *Obscur. Vir. Epistolarum Auctor* sit, de quo uarie inter eruditos „est disceptatum. Fuerunt enim, qui *Hutteno* soli istas deberi, affir-„marunt, alii *Reuchlinum*, alii *Eobanum*, alii alios illarum habuerunt „auctores, quibus adiungunt nonnulli Com. *Hermannum Nuenarium*, „Herm. *Buschium*, Bilib. *Pirckheimerum*, Henr. *Stromerum*, cum tamen „*Crotus noster verus ac solus sit Coryphæus, ludique huius Choragus.* Ubi „notandum *Voluminis Epist. Obscur. Vir. primi*, 1516. 4. editi Crotum „inuentorem solum esse et auctorem, *secundi autem et tertii* (Romæ „1557. 12. et Lond. 12. A. C. 1689. edit. quibus p. m. 503. lamenta-„tiones simul antiquæ et nouæ Obscurorum Vir. annexæ) Huttenum „et alios fuisse scriptores, Croti socios et æmulos. De quibus, Episto-„larumque O. V. uariis edition. uid. Clariss. Dn. *Burckhardus in Vita* „*Hutteni*. P. I. p. 165. seqq. Idem in Analectis ad P. I. p. Z. 5. b. „seqq. ibiq. cit. Aa.“ De tertio Epp. O. V. volumine, frigida illa priorum imitatione et quasi ἄνθεσι μετ᾽ ἀνθεστήρια, omnino silere debebat Olearius.

dendo scilicet et ludendo, in optimum statum (ni fallor) restituerentur divina humanaque omnia. raro eras in templo, raro in schola, quin in cera annotares belle et lepide et festive dicta quædam ridicule detorta, quibus crescere posset opus pulcherrimum et posteritati profuturum: sic enim tunc persuasus eras, tam impios et abominabiles esse abusus, tanta flagitia et scelera in Romana curia et illo toto ordine clericorum, ut ad deridendum et exagitandum propinandi tibi papistæ omnibus viderentur. ad hæc tu unus et primus pene author eras Hutteno, qui Luthe- § 21. ranarum partium constanter mansit usque in finem, ut in Germania ad vexandos omni genere scommatum episcopos Romani Pasquilli libertatem et παρρησίαν imitaretur. Hinc ante exortum etiam Lutherum, adeoque ante Moriam illam Erasmi, fœminam minime mutam, omnia bibliopolia plena erant vestris illis aculeatis scriptis, vestris epigrammatis, ubi omnino magna libertate de pompa immodica Romani pontificis, de luxu regio cardi-
p.13. nalium, de scortationibus sacerdotum, de fal|sa inopia monachorum, nunc satyræ, nunc dialogi extabant, quorum tu author eras, sed occultus propter metum. Plus dentis tamen, plus unguium tui illi Obscuri Viri habebant quam cætera omnia, et Huttenus (vir alias facundia excellenti et facilitate in poematis prope di- § 22. vina) præ te in illo genere, quoties cardinales, episcopi mordicus arripiendi erant, quoties proscindendi papistæ, parum salsus, parum festivus, parum disertus haberi poterat. Et illa ipsa Apologia quam nunc pro reverendissimo (ut simulas) scripsisti, frigidior et in omnibus suis partibus languidior est, quod tibi non

---

10) mansit] sed Lutheranarum partium post annum demum 1518. esse cœpit. Cf. ep. d. 3. Apr. a. 1518. ad Nuenarium datæ § 16. 15) vestris] Nimium dicis, Meni; cum Erasmi Moria componeretur, anno 1509. , Huttenus, vicenario paullo maior, contra clericorum tyrannidem nondum exsurrexerat, neque octennio maior Crotus eo tempore satirarum suarum quicquam publicaverat. 19) dentis, tamen plus u. *Ol.*

licet relabi ad ingenium, quod ea laudare cogeris coacta, ieiuna
et tussienti eloquentia quæ pro ductu ac impetu insito naturæ
§23. tuæ plena voce ridere et subsannare malles. prætereo multos
alios poetas eruditos passim quos occultis sollicitasti epistolis et
invitasti ad ridendas ecclesiæ Romanas puppas, semper vehemen-
tissime adhortatus ut ibi sibi liberet intendere nervos et vires in-
genii. et haud scio an ullum huius seculi scriptum sic papistico
regno nocuerit, sic omnia papistica ridicula reddiderit, ut tui illi
Obscuri Viri, qui omnia minima maxima clericorum verterunt in
§24. risum. | Quid autem de Christiana et vera religione sentias, quam p. 14.
serio in scripturis sanctis verseris, interim tacebo et ad aliam dif-
feram epistolam, in qua si ita voles colloquar tecum cuiusmodi
theologiam et Epicuri paradoxa ex Italia tecum attuleris, cuius
§25. fiducia nunc nostratia contemnis. Taceo tuas censuras et iudi-
cium grave de iure canonico et Romanorum pontificum legibus
quas 'ius combustum' miro cum risu appellare solebas, de
quibus consuevisti dicere non satis dignos eos libros Romanista-
rum esse qui Romanorum cardinalium mulis et asinis subster-
nerentur pro stramine, præ quibus Ciceronem sanctum aposto-
lum et verius Romanum pontificem quam Leonem decimum dice-
§26. bas. non recitabo hic confabulationes illas cum amico illo Go-
thano quem nosti, cuiusmodi ibi risus et cachinnos sæpe moveris
de missa papistarum, quorum ornatum scænico similem dicebas,
de suffraganeis episcoporum, de unctionibus ipsorum et amurca,
ut vocabas, papæ, de reliquiis sanctorum quas ossa vocabas
§27. vere reliqua non sanctis sed in patibulo corvis; item de horis
canonicis quas in templo | eiulatus dicebas esse canum, in do- p. 15.
mibus canonicorum murmura non apum sed inertium et igna-
vorum fucorum; item de baptismo campanarum quem ridiculum
super omnia prædicabas et has ceremonias omnes quovis somnio

7) Et haud &c.] Subscripserit quilibet huius temporis gnarus.
21) amico Goth.] Conrado Mutiano Rufo.

esse vaniores. Hæc omnia ante Lutherum exortum, ad defen-
dendam scilicet dignitatem Romanæ ecclesiæ, quotidie in ore
habebas. testes sunt tuæ quædam epistolæ, quædam colloquia § 28.
et lucubrationes, quas si digitulo innueris, proferre possumus,
quæ et civibus et ecclesiæ isthic alium ostendent Crotum quam
eum quem vultu simulas, alium Venatorem quam illum qui nunc
præbendas venatur et salinas: illæ, si ita res postulaverint,
Crotum plane aperient, neque sinent latere ingenium virtutes-
que tuas neque patientur quenquam de homine candidissimo
errare amplius. Deinde cum Lutherus iam serio bellum in- § 29.
diceret papistis et ad Wormaciensia iret comitia, ut sisteret se
Carolo V. invictissimo et clementissimo imperatori, tu Erffordiæ
obviam diceris in equo vectus Luthero honorificentissime et
p. 16. officiosissime, more maiorum, abeuntem et|iam aliquot stadiis
comitatus es, hortatus virum ad constantiam. Ibi primum § 30.
nescio quam expectans prædam sparsisti varios occultos libros,
ibi mittebas epistolas et si verum fateri vis in hoc eras totus ut
quam latissime spargeretur doctrina Lutheri; nullum tunc Lu-
therani veredarium habebant meliorem quam Crotum, et quan-
quam hæc omnia non ideo faciebas quod serio te afficerent ea
quæ Lutherus pie ac pure de religione docet, faciebas tamen, et
omnino Lutheranarum et esse et haberi volebas partium. Et § 31.
nuper quoque cum in Sarmatis ageres, audio te eatenus con-
stantem mansisse assertorem Lutheranismi, quod unctum sacer-
dotem te esse negaveris et cum corona aut raso vertice nunquam
incesseris. Hæc nunc omnia et infinita alia de te isthic in aula § 32.
ignorari et illa tua Apologia brevi tam facile ex omnium animis
deleri potuisse, ut nemo iam suspicetur te eum esse Crotum qui

6) Venat.] Germanicum Croti nomen fuit *Jæger*. 13) diceris] Sic Menius, non Ionas loqui potuit: hic in ipsa Erfordia tum habitabat, Menius longius afuit. Res ipsa vel ex Eobani Hessi poematis satis nota est. Cf. *Lingke*, *Luthers Reisegeschichte*. Lpz. 1769. 4°. p. 88. sqq. et vide supra p. 78.

semper fuisti, qui natus es, qui factus et educatus es, qui refingi
nulla arte potes, nil mirum si hoc mirabiliter te titillat, si in-
§ 33. credibili te afficit voluptate: nam quamvis illi liberi et aperti ri-
sus, cum locus et tempus ferunt, cum ille metus, illa mini|tatio p. 17.
abest baculi pastoralis, mirabiliter te capere soleant, tamen
clanculariæ tuæ risiones longe tibi suaviores sunt, dum foris
pro more in cœtu clericorum 'salve regina &c.' canis in
templo, et prælatis vexillis, cruce ac aspersorio ingrederis
templum, intus autem in corde tuum tibi theatrum pingis et
§ 34. papam simul et pontificialia omnia rides. Sed iamdudum pro
candore amicitiæ et quantum nunc opus est confabulati sumus
satis, tantum vereor ut fatis te obfirmare possis ad tenendos ca-
chinnos: nosti enim risum vim habere imperiosissimam, qui
erumpit sæpe, ut ille ait, invitissimis: vide ut celare satis ac
tegere Crotum illum veterem possis, qui minus mutare naturam
§ 35. ironicam potest quam Aethiops pellem. Sed quid, Crote, vir sua-
vissime, quid, inquam, si revivisceret Huttenus et videret Crotum,
virum illum olim prolixe Lutheranum, isthic, cum sacra facit aliquis
canonicorum vel suffraganeus episcopi, reciprocatione manuum
iactantem thuribulum et illos fumos spargentem quos olim vere
fumos esse dicebat, utroque brachio protenso, adductis super-
ciliis quasi sero faciat, tenentem infulam suffraganei, | et ni fal- p. 18.
lor calceis episcopi figentem oscula, flectentem genua cum
choralibus quoties chirothecam annulatam aspicit, et tantum non
illos pulveres lingentem quos chorales in vesperis semisomnes et
ebrii sanctis pedibus calcant? nonne Huttenus, natura vehemens
et fervidus et odio hypocrisis ardens, te ibi in medio templo

---

2) nimirum *Ol.* 14) ille] Cic. Or. II. 58. § 35.] **Horrore quodam divino hanc pulcherrime pictam tabulam intuentis animum perfundit necyomanticus. tremore disciuderis, miserande Crote. Vix non offendor tum quod Huttenum ridentem potius quam frementem finxit, tum quod stilum statim post in colorem obscurorum virorum incidere passus est orator.**

stantem tam confidentem simulatorem palam rideret et consputaret? Et ego quidem ipse istuc os tuum impudens nimium § 36.
vellem videre, quis esset, ut ille inquit, status tenere te hoc flabellum, tenere te thuribulum, animal tantum. Verum hæc pro libertate amicitiæ boni consules, et nisi ruditus vicinorum (ut tu inquis) asinorum tuum illud literarium interturbant ocium aut studia isthic concionatorum qui doctiores et meliores viri te esse perhibentur, quæso ridicula quædam illis tuis, id est Croti ironicissimi, respersa et tincta salibus accurate rescribe. Ego § 37.
nova quædam accepi ex curia Romana, ex ipsa camera Clementis VII. quem tu, ut audio, clanculum apud tuos symmistas Dementem VII. vocare soles, accepi et disputationes quas-
p. 19. dam, quantum unus papa tempore papatus sui possit bo|na conscientia fundere sanguinis in bellis Italicis, ut nihilo minus maneat vicarius humilis et mansueti Christi; item quales chirothecas induit papa quando inter legiones in acie versatur, ne locus Esaiæ ipsum tangat 'Manus vestræ plenæ sunt sanguine'; item quod papa, quando bella gerit, annulum Gygis, non an- § 38.
nulum piscatoris gestat, ne deus in cœlo videat virum sanguinum; item quod concilium Romæ sit habitum de gravi articulo quem et tu tractasti magistraliter in libello tuo ad obscuros viros, quot nodos de cætero habere debet cingulus veri Franciscani. Et si delectari te videro mutuis illis scriptionibus, qui- § 39.
bus famam tuorum ita tueris ut alios nihil male de te meritos faceres, ut cineres etiam atque ossa viri satis noti, doctoris Crusi, crudeliter infames et persequaris, ego binos libellos quorum alteri titulus est ITALICA THEOLOGIA CROTI, alteri

---

3) quis esset status = *was das für ein Staat* (*Pracht*, *Pomp*) *sein mag*. Ex vocabulario epp. obsc. vir. 4) anim. tantum] Et hoc ex obscurorum virorum vocabulario desumptum est: *ein so grosses Thier* = tantæ dignitatis hominem. 17) Esai. I. 15. cf. LIX. 3. 18) Gygis] Cf. Cic. de off. III. 9. 21) in lib. tuo] In Epp. O. V. quæ publice prodierunt, hæc quæstio, si bene memini, tractata non est. 26) Crusi] Cf. Seckend. hist. Luth. III. sect. 3. § VI, 2.

EPISTOLÆ LVTHERANÆ CROTI, etiam ad te mittam, ut ex
140. his te ipsum intueri et contemplari possis. Sed antequam claudam amicum epistolium, amici serio faciam officium teque cohortabor ipse tibi in memoriam redigas et cogites inter quos a teneris fueris, in quibus studiis inter quos homines altus, edu|ca- p. 20.
tus, quibus moribus et sensibus imbutus et innutritus sis, et adversus quos nunc quasi magnis eruditionis et eloquentiæ viribus armatum te ostentes, adversus quos stylum illum non ita formidabilem acuere miniteris, maxime autem quo nunc abieris et, ut omnino velis nocere, quid illa (ut modestissime dicam) obscura, plumbea, intricata, impedita dictione effecturus sis, quid tuæ vires in acie theologica valituræ sint, cum hac affectata rhetoricatione adeo ni-
141. nil pugnent. Ingenio tuo semper aliquid tribuisse dicuntur (ut tunc erat seculum) qui non stultissimi nec indoctissimi erant, et facile credo, si apud te fuisses, si non ex ipso pavore malæ conscientiæ quasi hebetatum et in se ipso fractum ac retusum esset ingenium et ieiunior, languidior et inquinatior facta esset oratio, quod hanc ipsam Apologiam alio argumento scripsisses, paulo, ut sic loquar, defecatius, rebus et personæ attempera-
142. tius; ad quam si ordine liberet respondere, videres te depictum et expictum totum et mentis tuæ imaginem tibi ostensam, nempe orationem tuam horridam et confusam; multa etiam dicis trepide, hærentibus in | ore verbis, et confuse, multa displicitura il- p. 21.
lis ipsis quibus studes placere; omnia autem sine sanguine et nervis, omnia hiulca et interrupta, omnia exuccata, ieiuna et frigida, omnia male cohærentia quasi ex arena quis nectat funiculum: hæc signa sunt (si ignoras) et notæ animi sibi male
143. conscii. Hoc solum ergo diu dicendo efficis ut lectores sani te nihil dixisse intelligant et suspicentur ex ipso tuo pavore, quod ventris et pecuniæ studio eo servilis gnatonismi te ipsum abie-
144. ceris. Quod si verum est, doleo vicem tuam ex animo et mise-

---

20) quam] quem *Ol.* 26) Proverbium. Columell. de re rust. x. præf. Græcis ἐξ αμμου σχοινίον πλέκεις.

ret me Croti, te scilicet tali ætate et canitie sic contemnere illa studia quæ semper amasti, te sic nihil dissimulanter contemnere pietatem, te sic semel effudisse omnia remedia sanandi tui ipsius; sed amicus adhuc amice tibi bene precor, ut ad te redeas et contra conscientiam tuam desinas papistizin. §45. non ideo displicebis reverendissimo cardinali, si candido et aperto pectore veritatem docueris, si libere et ingenue principem sapientissimum et viam veritatis quærentem de his monueris sincero animo quæ p. 22. vere episcopo digna sunt: mavult haud dubie prin|ceps clementissimus abs te et quovis alio candide et Christiane moneri (cum beatus Augustinus puerum etiam se dixit laturum monitorem) quam eiusmodi Italica hypocrisi ad damnum multorum falli et decipi. §46. Sed hic abrumpo epistolium amicum cui pene biduum dedi, non dissuo tamen nec abrumpo amicitiam, quam sic colam constanter, ut, si ita voles, adhuc liberius tibi expositurus sim quid istic noceas, quam claram et cognitam veritatem contra conscientiam tuam impugnes, quid de te si ita pergis omnes boni, eruditi et pii (etiamsi interim Coclei, Hochstrati et Eckii, tui olim obscuri viri, nunc tibi, nisi te nosse coeperis, clari, nunc tibi splendidi, te laudent) iudicaturi sint. Vale et scias Lutheranam doctrinam Croto non indigere, sed ea aliquando indigebit forsan Crotus. Iterum vale. Datæ in Sarmatis, anno theologorum, ut soles numerare, XV., defectionis Croti primo.

---

1) tali æt.] Crotus tum quinquagenario maior fuit. 5) pap.] Græcis litteris *παπιστίζειν* scribendum aut *papistizare* dicendum erat. 19) coeperis] ceperit *Ol.* 22) in Sarmatis] Locum fictum esse vel ipsius epistolæ loci, qui scriptorem a Sarmatis longe absentem ostendunt, argumento esse possunt, ut §§ 1. 2. 7. 10. 24. i. f. § 31.

J. GOMEZ DE LA CORTINA ET AMICORUM

FALLITUR HORA LEGENDO